uiam ducere exercituꝫ minarent̃. Scđo auxilia petens ad
hungaros tranſit: ⁊ in auſtriā vſqꝫ ꝓfectus ladiſlauꝫ adijt
Regem grandeuus iam ſenex: dignus veneratu. ſi recta ꝺ
religione ſenſiſſet Ea ĩ eo ſermōis auc̃s ca corꝑis maieſtas
fuit Acceſſit hūc Johannes Capiſtranus ordinis minoꝝ
ꝓfeſſor. vite munditia ⁊ inter p̃dicatores euangelij noſtro
tꝑe inſignis. Queſiuit an audire ſe vellet. Annuenti. Qꝺ
Romana eccleſia credit ⁊ docet expoſuit: diu ſecum per in
terpretem de ſacris eloquijs diſputauit. vt errorem ſue gē
tis relinqueret. magnoꝑe cohortatus eſt. Jlle hoc deniqꝫ
reſponſum dedit. annis. lxxx. vitam produxi. Nec aliam

religionem quam ſuſcepi apatribus noui. Sapientem me
ciues mei quãuis infelicem hactenus putauere. Tu nunc
qnod ſepe agitant. Senes delirum efficere cupis. laqueo
vitam finire malim quam patrum traditiones relinquere:
atq hijs dictis e conſpectu abijt tam periculoſum eſt reli-
gionem imbuiſſe dampnatam. Reuerſus domum. cum ac
cepiſſet Michaelem zylagi. qui tum albe cum preſidio pree
rat frememq eius ladiſlaum quadrigis vectos vrbem ex-
iſſe milites miſit qui eos vel comprehẽderent vel occiderẽt
Michael vbi adeſſe hoſtes animaduertit curru deſiliens.
equũ qui pone ducebant aſcendens veloci fuga ſaluat⁹ eſt
ladiſlaus in quadriga repertus multis vulneribus confoſ-
ſus ac diſcerptus in terijt. ſed nõ impugne id Georgio ceſ-
ſit. Cognouit ⁊ Michael paucis poſt diebus illum ꝑpe da
nubij ripam iter habere. Aggreſſus qꝫ cum armatis capti
uũ abduxit. Cui dextre manus duos digitos amputauit.
cum ſe gladio defenderet Redemptns eſt Georgi⁹ magno
auri pondere. Non tamen diu ſupuixit. cum trunce man⁹
fluor ſiſti non poſſet atque hic perfidi hominis exitus fuit.
Lazarus filius poſt eũ gubernationem ſuſcepit excluſo fra
tre nomine Georgio quem quondam amurates excecaue
rat Is cum ſorore quã nupſiſſe amurati diximus ad opem
Maomethis confugiens fruſtra eius auxilium implorauit
Obijt deinde lazarus. decuius hereditate non parua con
tentio exorta eſt. Gregorius Turchorum auxilio paternũ
regnum vendicare nititur. Vxor Lazari relicta hungari-
cas opes implorat. nec katecuzma Vlrici comitꝭ cilie quõ-
dam vxor. ac Gorgij filia portionem hereditatis deſperat
Johannes cardinalis Sancti angeli ab hungaris inuita
tus eo ꝓfectus vt arces Commeatus penuria compulſus
redijt. Julianus cardinalis ſaucti angeli aduerſus eũ miſ-
ſus hungarorum extulit animos. ⁊ arma ſummere ꝑſuaſit.
Raſtianas que Turchis in hungariam aditum precludũt

Aut apoſtolice ſedis noīe recipiat. aut hūgaris tradi curet
Rebus infectis nō ſine graui periculo (Uix em̄ Turchoꝝ
manus euaſit) Budā redijt. Nos amurati opa que medio
curſu reliquim⁹ ꝓſequamur. Magnus h vir fuit domi belli
q̄ tā ſuis amat⁹ quā nr̄is odioſus. cū centū milib⁹ pugna-
toꝝ intrauit hungariā late populat⁹ ꝓuintiā ſterilis annu-
is impedimento fuit. Ne regno potiref. Cōmeatus penu-
ria cōpulſus redijt. Julian⁹ cardinalis ſancti angeli ab Eu-
genio pont. max°. aduerſus eū miſſus hungaroꝝ extulit
animos. ⁊ arma ſumere ꝑſuaſit. Exercit⁹ chriſtian⁹ vſqꝫ ſo-
phiam ad artū magnū ꝓfectus eſt Sepe cū Turchis pro-
ſpere dimicatū nō ſine Johānis huniadis ingenti laude. q̄
tū copias ductauit. Cui⁹ nomē apud hoſtes adeo terrificū
fuit. vt plorantib⁹ pueris matreſfamilias taciturnitatē nō
aliter imparent. quā Johannis preſentiā minitantes. Cō-
gregati tn̄ nō paruo numero Turchi cū chriſtianis ꝯflige-
re n̄ dubitarūt. Sꝫ nō tam felix eis pugna quā fortis ani-
mus fuit. ſuperati v̓tute hūgarica multis ceſis. terga dede-
re. hūgari q̄ bello interfuere cupiditate glorie res ſuas am-
pliantes. ac de magnis maiora tradentes Impatori fride-
rico ſuperatos bello. Turchos ſcripſere. xxx. milia hoſtiuꝫ
ceſa captaqꝫ multa plura Cardinalis Sancti Angeli Sex
milia dūtaxat hoſtiū in eo ꝓlio cecidiſſe ſuis literis affirma-
uit. Signa militaria. ix. capta. Johānem huniadem non
ducis tm̄. Sed militis quoqꝫ ſingulari v̓tute vſuꝫ. Eiqꝫ fi-
des habita. Turchis e chriſtianoꝝ victoria plus pauoris
quā dampni attulit. nō hūgaricas tm̄ vires. Sed germa-
nicas quoqꝫ in ſe cōmotas arbitrantib⁹. Cōſeruati ergo
ac ꝑculi metu ꝑinde ac tot⁹ occidens ꝯiuraſſet pacē petie-
re. Hūgari q̄ ſuas vires nō ignorarēt nec tā potētie ſue q̄
caſui victoriā imputarēt. periculoſū exiſtimātes ſepi⁹ tēta-
re fortunā oblatas vltro ꝯditōes pacī nō recuſarūt. Inducie
belli in x. ānos dicte iuſiurādū ꝑ ſua ſacra ābe ꝑtes p̄ſtitere

Deſpoto ſeruie que bello amiſerat reddita moleſta ea res
juliano cardinali fuit. cui ꝓſequenda victoria videbat̃ Eu-
genio quoqꝫ Romano pontifici. Nihil moleſtius nunciari
potuit. Cuiꝰ menti nulla maioꝛ cura inſedit quā criſtiane
fidei ꝓpagande. Scripſit igit̃ Cardinali. nullū valere foe-
dus quod ſe incōſulto cuꝫ hoſtibus religionis ꝑcuſſū eſſet.
Vladiſlao Regi polonie. q̄ eo tp̄e hungariaꝫ occupabat.
vti ꝯuenta diſſolueret īmpauit. Juramenta remiſit. Nouū
inſtaurari bellū. tū pꝛecibus. tū minis extoꝛſit. Ex chꝛiſtia-
nis ꝑ̄ncipibus auxilia peciit. pꝛeter philippū tūc Burgun-
die ducem neminem chꝛiſtiane religionis zelus commouit
hic ſolus claſſem inſtruxit que vſqꝫ in helleſpontū pꝛofecta
Turchis ⁊ aſia tranſitū ꝓhibere in Europam conata eſt.
Franciſcꝰ cardinalis venetiaꝝ Eugenii nepos cum pluri-
bus triremibus eo miſſus claſſi p̄fuit. Vladiſlao q̄ alienum
regnū inuaſiſſet e re ſua viſum eſt. ſollicitudinē belli ꝓuintia
libns non deeſſe. Accerſitis igit̃ ex polonia ac bohemia ce-
teriſqꝫ vicinis gentibꝰ auxiliis. coactis ex hungaria copiis
Turchoꝝ agros inuadere ſtatuit. Johāni huniadi caſtro-
rum cura cōmiſſa. xl. circiter equituꝫ milia fuiſſe traduntur
pleriqꝫ dimidio minoꝛem numeꝝ ꝓdidere reguli hungarie
pontificeſqꝫ quā plurimi interfuere. Julianus Sancti an-
geli Cardinalis milites cruce ſignatos nō paucos ſecū du-
xit. Iter ꝑ valachiā receptum. deinde tranſito danubio in
Miſiam ventū. vt ꝑ plana ⁊ campeſtria loca in romaniaꝫ
tranirent. Amurates hoſtiū cognito aduentu. Cū grecis
ac turchis in Europa manentibꝰ nō ſatis ꝯfideret. exercitū
ex aſianis militibꝰ compauit. Sed augebat animū traiicie-
di freti nō mediocris cura. q̄ claſſem appoſtolicā obtinere
pelagus non ignoꝛabat. Anxio vt aiunt ⁊ multa voluenti
animo. Genuenſes quidā curas ademere. q̄ ſuis manibus
accepta pecunia tranſpoꝛtare copias ꝓmiſerūt. locus eſt
vbi non amplius quā ſtadia q̄nqꝫ latitudo freti continet.

Inter ppontidem & Euxinuz pelag⁹ tantū est ſpatiū. Qđ europā Aſiamq; diſterminat. Boſphoꝝ tratiū dixere maiores a Bizantioꝝ cornu. lx. ferme ſtadys diſtantem Hic amuratis exercit⁹ tranſuectus eſt aureo nūmo vectoribus ꝑ capita tradito. que ſi vera eſt fama centū milia fuiſſe ferunt. Naz chriſtiani locū attigerant cui varna eſt nomen. Cū aduentare in numerabiles hoſtiū copias nunciatū eſt. Cedēdū Vladiſlao Cardinali q̄videbat. Et ne circūueniri abhoſte poſſent munitū montanūq; locū petendū. huniades aduerſari ac reſiſtere. Turchoꝝ ſe noſſe vires dicere famam ſemꝑ maiorez eſſe. Qđ ſi Turchi oēs adſint. hungaris tū impares fore. Jllos aurea & diſtolori veſte. hūgaros ferro atq; ere fulgere. chriſtianū agmen & ſtare paratū et ſeq. nec turba nec larcinis ꝑgraue. Jntentū. quo dux nō mō ſignet ſed etiā innuat. Cōtra ſi Turchoꝝ mores inſpiciant. feminas magis exiſtimare debere quā viros. Si fugiat exercit⁹ chriſtian⁹. quē Rex hūgarie ducit. Jnquo legatus appoſtolic⁹ adeſt. Jnquo tot nobiliſſimi ꝓceres militant. nunquā deinceps hūgaris ꝯtra Turchos futurum animū Vicit huniadis ſententia. expectati hoſtes. poſtera die ſiue maioꝛis exercit⁹ ſpēm ꝓbuere quā fama ipa vulgauerat. ſiue qđ metuentibus oīa vero maioꝛa vident. Siue q amurates in cogēdo milite vulgate opinioni haudquaq; defuerat. territ⁹ huniades eo ꝯſpectu. tū pꝛimū periculi magnitudinem aminovoluens de fuga regē admonuit Jlle ſcrū ꝯſilium arguens. ꝑnitioſam magis fugā quam pugnam dixit. Commiſſo ꝓlio ſperarivictoꝛiā poſſe. ſepe minoꝛib⁹ exercitib⁹ ceſſiſſe maioꝛes. Nec tā multitudinē bellatoꝛū quā audatiā & oꝛdinem ꝓſtare victoꝛiā. deū quoq; reſpicere melioꝛē cauſaz. ꝓſtantioꝛemq; ſe paucis ſi mō audeant exhibere: fugientes victoꝛiā hoſti. tradere: feriendaq; terga & multā ſuoꝛū cedez. Magnifica quoq; verba Johānis ꝑdie dicta plen⁹ irarum rex exꝓbꝛauit. Juſſitq;

omnib⁹ arma capeſter ꝓlium expectauit. Amurates in pri-
mo colle ꝯſederat. Ex quo ſuos pariter atque hoſtes Spe-
ctare potuit. dato belli ſigno. xv. millia equitū. q̄ pugnam
ꝓuocarent facto globo in chriſtianos impetū fecere. Sin-
gulis albe ſup loricas veſtes fuere. que vento agitate ni-
ſtar alarū ꝑ ſe ferebant. totidem viridib⁹. induti ſagulis ſe-
quebant. Aurea equorū frena multorū viſa. ꝛ multis go-
learū argenti atq₃ gemmarū nitor. Ipſas quoq₃ gladiorū
vaginas ꝑgrandes vniones ornabat. Non detrectauere
xp̄iani certamē. Itū eſt ferocib⁹ impugnā aīs. Superior.
acies nr̄a Turchos in fugā vertit. quā plurimis ꝑmo impe
tu ꝓſtratis ꝑculit ea res magno metu. Amuratē. Nihil ta-
le verentē. fugiſſetq₃ ꝓtinus ꝑdito exercitu. niſi circūſtātes
Satrape. comprehēſio ei⁹ equi freno. ignauiam ei⁹ incre-
paſſent fugientiq₃ cōminati necem fuiſſent. Perſtitit ergo
vel inuit⁹. Iuſſiſq₃ fortiſſimis arma ſumere preliū inſtaura-
uit. Pugnatū eſt ſūma ꝯtentione plurib⁹ horis. nūc chri-
ſtianis. nūc turchis ꝓpinquiorem victoria ſeſe ꝓbente. Ca-
debāt hinc atq₃ inde quā plurimi. plures ex turchis. quoꝝ
corpa parū tecta facile ſagitte. enſeſq₃ penetrabāt. Poſtre
mo cū nouus in horas hoſtis incedere. ꝛ ſauciorū loca in-
tegri occuparent: nō tam virtute quā numero ſuperati hū-
gari paulatim referre pedem cepere. Tū Uladiſla⁹ cū glo-
bo ſuorū equos erga ſe nō minus fortes quā fides habuit
ex polonia vt hoſtes ex acie victores diuerteret. Chriſtia-
nis q₃ animū redderet. in tumulū quē teneri ab amurate di
xim⁹: circumiectos q₃ vndiq₃ curr⁹ impetū fecit. Ibi noua
pugna cōmiſſa. Nou⁹ iniect⁹ Amurati pauor Trepidatū
tot caſtri: nec iā ꝯſiſtendi animus aderat. quod ſi huniadi
par animus ac regi fuiſſet. ꝛ aridenti fortune dediſſet ma-
nus. haud dubium quin ea dies ex amurati vitam ꝛ poſte-
ris eius Imperium Grecie abſtuliſſet. Uerum ipſe vt pri-
mū cedere Chriſtiana ſigna conſpexit. tum decem milibus

hungaris ac valachis ex atie ſe ſubtraxit atq in ſalutato rege. nutante adhuc victoria. fugā arripuit. fortaſſe rei militaris perito nulla impugna ſalus viſa. ⁊ ſaluare aliquos quā perire oēs maluit. Poloni acceptā eo prelio cladē. huniadis vecordie atq ignauie tradiderunt. Ipſe ſua cōſilia ſpreta ꝯqueſtus eſt. Wladiſlaus ſue ſorti dimiſſus dū fortiter circa munimenta hoſtiū pugnat equo deiectus obtruncatus eſt. Caput eius haſta infixum ꝑ greciā atq aſiam in ſignū victorie populis oſtentatū. Poloni ad vnū ceſi. oēs direpta caſtra. ⁊ q̄ munitōes curuum tuebant necati Epiſcopi ⁊ ꝓceres hungarie q̄ aderant eadem calamitate oppreſſi. Julianus Cardinalis dum fugit amiſſo ꝓlio cū iam hoſtes euaſiſſet. hungaroꝝ ꝑfidiā euadere nō potuit. Potum equo dantem apud ſtagnū forte repertū. latrunculi q̄dam nouere. ⁊ arbitrati pecuniam apud eū eſſe. deiectum equo necauerūt. ⁊ ablatis veſtimentis nudū cadauer feris ac volucribus dimiſere. hic exitus eius viri fuit magni certe ⁊ admirabilis. Jnquo neſcias doctrina maior. an eloquentia fuerit. grata hoīs preſentia. blandi mores. vita in omī etate nitida. religionis zelus. q̄ oīa ꝓ xpo ⁊ mortē ipſam vere ſuaſerit. huniadem vt añ dixim⁹ fugientē deſpotus Seruie cepit. Poloni regem ſuū pacto bello pluribus annis viuere crediderunt. Captū non interfectū arbitrati Cardinali venetiaꝝ ei⁹ culpa cladis magna i parte imputata eſt. q̄ neq fretū vti par fuerat cuſtodiuit. neq tranſiectos hoſtes chriſtianis ducibus qđ ſcđm fuerat eius officiū nunciauit. de numero ceſoꝝ minime ꝯſtat. Illđ exploratū eſt longe plures ex thurcoꝝ acie cecidiſſe. Ceterū ꝓnumero copiaꝝ longe maius dampnū chriſtianis illatū. Victor amurates neq fugientes hoſtes inſecut⁹ eſt: neq gloriabundus inter ſuos magnifica verba iactauit. neque vt ante aſſueuerat hilarem vultum oſtendit. Interrogat⁹ q̄dnam triſtior eſſet. ⁊ cur non victis hoſtib⁹ exultaret. Nollē

inquit hoc modo ſepius vincere. Jubenſq̨ vaſa colligi. copias que ſupfuerant domū remiſit. Ipſe Adrianopolim reuerſus deo ſuo que victoria fecerat vota pſoluit. Et in voluens animo regni curas vere felicitatis expertes eſſe. Inconſtantiā quoq̨ fortune veritas. que nlli ꝑpetuo bona ē. accerſitis ꝓuintiaꝝ maioribus Maomethem ex liberis ſuis natu maiorem ꝓ ſe regem ꝯſtituit. Ipſe priuatā deligens vitam in aſiam ꝓfectus cuꝫ paucis ocij ſui comitibꝰ religioni cuidā ſolitarie ſeſe addixit. Calibaſſa inter Satrapas Turchoꝝ opibus ⁊ autoritate maior Maomethi q̄ nō dum ꝑ etatem aptus eſſet Impio jubernator datus. Reliqui regis filij. ne quas regno turbas excitarent more gentis necati ſunt. Felicius apud Turchos priuatis quaꝫ regibus liberi naſcunť. effluxit deinde non paruū tp̄s in quo nec hūgari thurchos. nec thurci hungaros armis laceſſere p̄ſumpſerūt Sua quemq̨ calamitas domi attonitū tenuit. Cruentiſſima Uarnenſis pugna vires vtriuſq̨ partis eliſerat. Nec turchis. neq̨ hungaris. Rex bello ydoneus erat. hos huniades. Illos calibaſſa alieno nomine gubernauit ferotior huniades: rei q̨ militaris ꝑitior. Ignominiaꝫ Uarne acceptam obliuiſci nō poterat Uñ dies nocteſq̨ meditabať quo nā pacto abolere infamiā ⁊ reſarcire dāpna maxime poſſet. Spē bono gerēde rei Thurcoꝝ quies ꝑbuit. Qui iam p̄dem nullū belli apparatū oſtenderant. vires illis atque animos defuiſſe ratus. tp̄s idoneuꝫ exiſtimauit in quo p̄ſtinam recuperare gliam poſſet. turchoſq̨ peſſundare. q̄bus ſi adſint exercitus. Imꝑatorem tñ prorſis defuturum arbitrabať. Nec magi exiſtimandū exercitū ſine duce. quā ducem exercitu carentem. Coactis itaq̨ repente copijs ex hūgaria. accerſitis Bohemoꝝ auxilijs. mercenarioꝝ quoq̨ militū non parua manu coacta ducere exercitū in Turchos ſtatuit. Quos prius aggredi ac ꝯficere credidit. quā nouiſſe ex hungaria nunciareť. Eā rebus gerendis ſolertiā

ac celeritatem adhibuit Conſiliũ eius Gregorꝰ. deſpotus ſeruie vt añ diximus Turchoꝝ ducibus patefecit. Magnũ ꝙ genti periculũ imminens maiꝰ oſtendit. Perculſi eo nũtio Turchi. quid agerent nõ ſatis intelligebant. Amurates iã ſenior religioni ad dictꝰ regni curas abiecerat. Maomethes etate minor tantã belli molem ferre poſſe non credebaꝉ. Callibaſſe defuturã obedientiã putabãt. qua nihil eſt in bello magis neceſſariũ Trepidare igiꝉ. eſtuare modo huc: mõ illuc mentem ꝯuertere. Nullũ ꝯſilium ſatꝭ placere. herentibus indeliberatione Satrapis. Nihil tandez ſalubrius viſum. quã reuocare ab otio amuratem: neqꝫ eñ veterani militaturi ſub alio credebanꝉ. nec fortunam belli ſub alio ꝯtandam vel cunctandã arbitrabanꝉ quã ſub eo q̃ vincere ꝯſueſſet. Calibaſſa eius ſententie autor fuit. In qua re Maomethis animũ vehementer offendit. Cupiẽtis in ea expeditione ſeſe virũ oſtendere. Verentiſqꝫ Ne imperium amitteret. ſi pater iteꝝ regnũ aſſummeret vt ſunt hominuz mutabiles voluntates. Miſſi ergo legati. Amuratem reuocare: qui compato moꝝ exercitu in hoſtem ꝓfectus nõ aliter quã ſi adpredem pergerent alacres milites duxit. Iam huniades cuz copijs Sophiam tranſierat ꝓſtratiſqꝫ q̃ occurrerant locoꝝ p̃fectis. hoſtiles agros late populatꝰ. loco qui baſilia vocaꝉ caſtra poſuerat. Cũ aduentare Amurati copie nunciantur. non expectauit huniades prouocari p̃or ipe pugnaz iniit. Commiſſo prelio anceps diu certamẽ manſit. Qua parte pugnauit huniades fuſi hoſtes terga dedere: nec parua ſtrages edita: pari modo et amurates in cornu ſuo victor. hungaros fudit. Poſtremo cum victor victorem incurreret non tulerunt Chriſtiani Turchorum impetum. qui quamqꝫ virtute preſtarent. numero tamen ſuperati: non tam victi quam feſſi cõpulſi ſunt cedere. huniades poſtquã ſuos neqꝫ minis neqꝫ precipus ſiſtere poteſt. cũ paucis ex bello profugit. Multi hũgarie ꝓceres

et non nulli eccleſiarum epiſcopi in eo prelio cecidere. Gre gorius miles ad internitōem ceſus: nec tamen panciores ex thurcis interiere. Emptā multo ſanguine victoriā Amu rates domū retulit. Nec diu poſtea relicto Maomethi re gno quemadmodū prius deſtinauerat mortem obijt. Cor pus eius more maiorum inburſa ſepultu. Ea eſt Bithinie ciuitas ⁊ aſiatici regni caput. Paulo antequā obiſſet amu ratos vxorem duxerat filiam ſponderbei nobilis inpende racia Satrapis. Ex qua natū filium nomine chialapium ſextum agentem menſem calibaſſe moriens commēdauit. Jlle Maomethis gratiā initurus. ⁊ matrem ⁊ puer ei pro didit Maomethis excerſitis . xxx. vt aiūt matrōis: que pue rum cognoſcerent. Poſtquā certam Amuratis Sobolem eſſe conitit. ſtrangulatum matri filium reddidit. Funuſqꝫ regio more fraternū duxit: Auſpicia regni parricidio con ſectans. Sunt qui calibaſſam alienum puerum chialopini nomine ſuppoſuiſſe ferunt. Jllū qꝫ pro filio Amuratis ne catum Chialapinum vero apud Conſtantinopolim clam educatum. Poſt capturā vero vrbis inde ſubtractū. at ve netias ductum ⁊ hunc eſſe quē calixtus pont. max°. pro frē Maomethis in palatio cuſtodiri jubet. Nos veri periculū ad grecos remittimus. quāuis multa in hiſce rebus figmē ta interuenire non ignoramus. Et ſepe tonſoris filios re gio defungi honore viderimus. Maomethes igit̄ dsfun cto Amurate gubernacula regni ex voto adeptus. Jnſti tuta maiorꝫ ꝓ ingenio correxit. leges ipe ſuas domi foriſqꝫ tulit: erariū locupletauit. noua vectigalia excogitauit copi as auxit: i ꝓceres aut aulicos ſeuire ꝯtumeliari ve cepit h̄ ē ille Maomethes q̄ ꝯſtātinopolitanis vt̄s innuim⁹ bellū in tulit. d̄ quo nūc referre q̄ accepim⁹ haud alienū fuerit volue rat iā pridē animū Maomethes qm̄ mō Cōſtātinopolim ſibi ſubigere poſſꝫ. Neqꝫ ad ſuā gliaꝫ pertinere arbitrabat̄ Urbem in medio Turchorum ſitam eſſe. que ſuo Jmperio

non pareret. Tantoqʒ maius inde nomini ſua decus acce
dere ſi eam vrbem expugnare. quanto ꝓgenitores ſui ideʒ
conati: turpius a ceptis deſcitiſſent. Cū paucis igit̄ partici
pato ꝯſilio. caſtellū iuxta littus ad oſtiū boſphori paulo ab
vrbe remoti⁹ aliud diſſimulans incredibili celeritate extru-
xit ac muniuit. bellū deinde vrbi non mō indixit. Sed con
tra mita foedera. ꝯtra iuſiurandū intulit. ſimul ⁊ gerere ce-
pit. Senſerant eius animū greci. diffidentes qʒ ſuis virib⁹
ad latinoꝝ opes ꝯfugerant. lachrimis ac fletib⁹ auxilia ex-
petentes. Surde proch pudor nr̄m ꝓncipū aures fuere. ce
ci oculi. q̄ cadente gretia: ruiturā chriſtiane religionis reli-
quā partem nō viderunt. Q̄uis ꝑuatis queqʒ aut odijs aut
cōmoditatibus occupatū. ſalutē publicam neglexiſſe mag̃
crediderim Maomethes interea coact̃ vndiqʒ copijs mi-
rabili apparatu. formitando animo. impetu terra mariqʒ
regiam vrbem aggreſſus. cuniculis ac latentib⁹ foſſis altiſ-
ſime actis. Aggere late edito ponte. qua peram oppidum
verſus mare muros alluit vrbis. longitudinis ad duo mi-
lia paſſuū raptim extructo. turrib⁹ ligneis eo vſqʒ erectis.
vt muros q̄uis altiſſimos excederent. machinamentoruʒ
tormentorūqʒ multiplici adhibito genere oppugnata eſt
vrbs. defenſaqʒ ſummis vtrinqʒ viribus. Non pauc̃ die-
bus ad extremū voce preconis totis caſtris inclamatū eſt:
Quinto kl'. May milites oēs ieiuniū ſanctificent. ſequenti
die in armis aſſint. Vrbem extremis virib⁹ oppugnaturi:
triduo ciuitatem militū direptioni futurā. ꝯſtituta die ieiu-
niū ad noctem vſqʒ ſeruatū. Exin lucentib⁹ ſtellis inuitatō-
nes ac ꝯuiua paſſim habita. ⁊ quiſqʒ amicū ꝓpinquū notū
qʒ habuit cū eo hilaris epulatus eſt. atqʒ vbi ſatis adhibi-
tum tanquā ſe deinceps nunquā viſuri eſſent. amplexati.
exoſculatiqʒ ſimul vltimū vale dixerunt. In vrbe aūt ſacer
dotes ſacras ferentes ymagines ſequente populo vrbē lu-
ſtrare. auxiliuʒ de celo petere. affligere corꝑa ieiunijs. atqʒ

orationibus vniuerſi ciues intendere Subſecuta nocte ad
ſua quiſcꝫ loco defendenda redire. Erant muri vrbis ⁊ al-
titudine ⁊ craſſitudine toto orbe celebres. Sed ob vetuſta
tem ⁊ grecoꝝ incuriaꝫ pinnis ac ꝓpugnaculis nudi. Ante
muralia vero oportune cōmunita. In his greci ſalutē po-
ſuere. Armati milites inter muros ⁊ ante muralia pugnaꝫ
ſuſtinere decreuerunt Triangularem pene vrbis formā fu
iſſe tradunt. Duas partes alluit mare. Nec muri deſunt
ad pulſandos nauales impetus idonei. Qđ reliquū eſt ad
terrā vergens poſt alta menia ⁊ antemuralia. que annota
uimus. Ingenti claudit͛ foſſa Ceptū eſt preliū paululū an-
te lucem tū miles turchus periculi quā more patientior eēt
ac vulnera ⁊ ſanguinē preclaꝝ dulcedine penſaret: pugna
tum eſt intenebris maiore turchoꝝ ꝑnitie inquos tela ſup-
ne librabant͛. At poſtquā illuxit dato ſigno vndicꝫ non ſo
lum ꝯſtantinopolis: ſed etiam ipa quocꝫ pera: ne quid au-
xilij grecis ꝑſtaret oppugnari cepta eſt. Sua cuicꝫ legioni
muroꝝ pars: ac portaꝝ attributa: vt diſcretus labor for-
tes atqꝫ ignauos diſtinguere: ⁊ ipa ꝯtentione decoris mi-
litum virtus magis ac magis accenderet͛. pari mō ⁊ naua
les ſocij attributas partes inuadere iuſſi. Admouent͛ vrbi
lignee turres Connectant milites dolabras. falces. ſcalaſ-
cꝫ Et iam elatis ſup capita ſcutis. denſa teſtudine ſuccedūt
Greca ſaxoꝝ pondere ꝓuoluunt. diſiectā fluitantem teſtu-
dinem lanceis ꝯtiſcꝫ ꝑſcrutant͛. donec ſoluta compage ſitu
toꝝ ex angues laceroſcꝫ ꝯſteterunt: fit ſtrages Et iam Tur
chi deficientibꝰ animis languidiꝰ pugnāt. Sꝫ adeſt Mao
methes fortiſſimū quemcꝫ nominatim. vocitans. vtcꝫ in
preliū redeant adhortat͛: hos p̄mijs allicit. Illos minis de
terret. Inſtaurat͛ exintegro certamē Turchi rurſus ſubrue
re murū: portas quatere inniti humeris ⁊ ſup iteratam te/
ſtitudinem ſcandentes. prehenſare hoſtium. tela brachia-
cꝫ nituutur. Iterum integri cum ſaucijs: ſemi ammes cum

expirantibus euoluunt. Cernitur varia ꝑeuntium forma. et plurima mortis ymago. Johannes juſtianus apd' Genuam ligurum metropolim: nobili loco natus: q̄ ſuperioribus diebus ſolus vrbem defendiſſe videbat in hoc certamine vulneratus: vbi fluitare ſanguinem ſuū animaduertit. Ne ceteros deterreret medicū querens. clā ſeſe pugne ſubtraxit. Sed jmꝑator vt abeſſe Juſtianū cognouit quo jerit percontat. Jnuentumqꝫ rogat ne pugnā deſerat Jlle nihilo magis flexus apperiri portam iubet. Qua curaturus vulnus in vrbem redeat. Erant em̄ obſerate vrbis januе quibus adante muralia patebat iter. ne qua fugiendi facultas militi eſſet: ac ꝓpterea fortius hoſti reſiſteret. fit interea remiſſior defenſio. Quod turchi aduertentes atri⁹ incumbūt. Et quoniā pars muri iam tormentis eneis diſiecta foſſam magna exparte oppleuerat ꝑ ruinas ip̄as ſcādentes. antemurale ꝯſcendunt. grecoſqꝫ loco deturbant. Porta que Johanni patuerat omnib⁹ apta fugam ꝓfuſiorem reddit. Tunc jmꝑator nō vt Regem decuit pugnādo ſed fugiens in ip̄is porte anguſtijs cū cecidiſſet oppreſſus: calcatuſqꝫ obijt. Jn tanta multitudine pugnatorꝝ duo tm̄ reperti ſunt qui ſe viros oſtenderint: alter grecus: alter dalmata. Theophilus paleologus ⁊ Johannes ſclauus: q̄ fugere turpe putantes: cū diu Thurcorum jmpetum ſuſtinuiſſent: multoſqꝫ obtruncaſſent: deniqꝫ non tam victi. quā vincendo fatigati inter cadauera hoſtiū occubuere. Juſtinianus in peram cum diuertiſſet inde Chium nauigauit. Jbiqꝫ ſeu vulnere. ſeu moeſticia morbum incidens inglorius vitam finiuit. felix ſi in ip̄is Biſantij menibus animā exalaſſz. Jn ingreſſu porte. dccc. circiter milites ex latis greciſqꝫ periere. partim vulneribus atergo confoſſi. partim cōuerſione oppreſſi. Et iam hoſtis ſuperiorem murum tenebat. Saxaqꝫ in ciues deuoluens ingredientib⁹ ſuo auxilio erat. Tum ſubito capta vrbe. ceſis omnibus qui reſiſtere

auſi ſunt. in rapinas eſt itum. Erat victorum infinitus nu-
merus. In libidinem. inſeuitiam corruptior. Nō dignitas
Non etas. non ſexus quemꝙ̃ protegebat. Stupra cedi-
bus. Cedes ſtupris miſcebant. Senes exacta etate. femi-
nas viles adpredam inludibriū trahebant. vbi adulta vir-
go. aut quis forma conſpicuus incidiſſet in manus rapien
tium diuulſus. ipos poſtremo direptores in mutuam per-
nitiem agebat. Dum pecuniā vel grauia temploruꝫ dona
ſibi quiſꝙ traherent maiore aliorū vi truncabātur. Cum-
ꝙ in exercitu maximo ac diſſono ex ciuibus Socijs atꝙ ex-
ternis conflato. diuerſe lingue. varij mores: atꝙ cupidites
eſſent: ⁊ aliud cuiꝙ fas: nihil illicitum toto triduo in ꝯſtan
tinopoli fuit. Templū Sophie Iuſtiniani Ceſaris opus.
toto orbe famoſuꝫ: ⁊ cui comparari alterū nequeat. nuda
tum ſacra ſuppellectile. ad oēs ſpurcitias patuit. oſſa mar-
tirum: que fuerant illa in vrbe precioſiſſima canibus obie-
cta ⁊ ſuibus. Sanctorū ymagines. aut luto fedate. aut fer
ro delete. Altaria dirruta. In templis ipſis aut lupanaria
meretricuꝫ facta. aut equorū ſtabula. Coacti ſūt ſerui ver-
beribus ac tormentis dominorū abdita ſcrutari: ac eruere
Inuenti non pauci theſauri quos in ipo belli principio in-
felices ſuffoderunt ciues. Quibus ſi ꝓdefenſione vrbis vſi
fuiſſent ſuam fortaſſe vitam. ⁊ patrie libertatem ſeruaſſent
Sed auaro in aurū nulla poteſtas. captiui om̄es incaſtra
deducti. pudet dicere chriſtianoꝝ dedecꝰ: dicā tn̄ ⁊ poſte-
ritati tradere nō verebor. qn̄ ꝑſuaſum mihi ē. futuros ali-
quando et fortaſſe antequam moriar: qui tantam ſaluato
ri noſtro illatam ignominiam vlciſcantur. Simulachꝝ cru
cifixi quem colimus ⁊ verum deum eſſe fatemur. turbis ac
tympanis preeuntibꝰ. raptum ex vrbe. hoſtes adtentoria
deferūt. ſputo. lutoꝙ fedāt ⁊ ad nr̄e religiōis irriſiōeꝫ iterū
cruci affigūt Exin pileo. quē ſartulū vocāt capiti eiꝰ impo-
ſito. corona vndiꝙ facta. h eſt inquiūt chriſtianorū deus.

Cum lapides lutumqꝫ iactantes miris dehoneſtant mōis
Sed nihil hec obſunt deo nr̄o celū tenenti. Nec maieſtatē
eius quoqꝫ mō imminuere poſſunt. cuiꝰ ea glīa: ea ſublimi-
tas eſt. ea beatitudinis ꝑfectio. vt nec laudibus humanis
extolli. Nec hūiliari vituperijs vllis poſſit. Nos iſta ledunt
atqꝫ ꝯfundunt. qui pignamiam atqꝫ deſidiam. dū veri dei
cultum perire ſinimus ⁊ in hoc ſeculo bonū nomen ⁊ in al-
tero ſpem ſalutis amittimus. Poſt hec ꝯuiuatus. Maome-
tes. cum forte plus ſolito adhibiſſet. vt ſanguine mero ad-
deret ꝑncipes: optimateſqꝫ ciuitatis captos crudelis ⁊ ſan-
guinariꝰ carnifex fede miſereqꝫ iugulari juſſit. Kirelucas q̄
apud jmꝑatorem plurimū poterat ceſo ante oculos maio-
ri filio. Altero adillicitos vſus reſeruato ſecuri ꝑcuſſum eſt:
duo alij eius filij occiderant in bello. Iſidorus Cardinalis
in eo tumultu captus. cū veſte mutata non fuiſſet cognitꝰ.
ccc. aſperis ſeſe redemit. Ideſt genus pecunie admodū le-
uis. Multi ⁊ veneti ⁊ januenſes. ⁊ latinoꝝ. alij gladio ceſi
ſunt. Quidam multo redempti auro. In ſignis hic annu-
is fuit expugnatione Cōſtantinopolitana tam chriſtiano
populo fedus ac lugubris: quā turchoꝝ genti fauſtꝰ letuſ-
qꝫ. qui ab ortu ſaluatoris chriſti ſecundꝰ ⁊ quinquageſimꝰ
ſupra millenū quadringenteſimus cucurrit. Perenſes vetꝰ
colonia Genuenſiū qui ⁊ galathe nuncupanť cognita Bi-
zontiorū clade. ꝓuſquā rogarenť. Maomethi deditionem
fecere. Muri vrbis diruti multoꝝ bona ꝯtra fedus direpta
femine puerīqꝫ ludibrio habiti. Calibaſſe q̄ ad eum die nō
ſiue Maamethis diſplicentia vixerat. tanquā Conſtanti-
no jmꝑatori Turchoꝝ ꝯſilia ꝓdidiſſet. ꝑ miſeros truciatus
vita erepta. Ingentes quas cumulauerat opes. exitō ei fu-
iſſe tradunť. Et quod amuratem dimiſſo jmꝑio expriuata
vita reuocauit ad regnum. auctus eius pecunia Maome-
thes: tanto rerum ſucceſſu tumens in hungaros expeditio-
nē parare cepit. Qua ꝑ trienniū circiter inſtructa acceſſit

ex omni regno pceribus penetratis thratie montibus cuz
maximis atqz infeſtiſſimis copijs ad ſauum vſqz flumen p
uenit: Centumquinquaginta milia hominū in eius exerci-
tu fuiſſe tradunt. Pleriqz terciam partez huic numero ſub-
traxere. Caliſtus tercius qui p idem tempus Romanā ca-
thedram ſortitus erat. Johannem cardinalez Sancti An-
geli cuius ſupra meminimus pſtanti virtute virū. qui ger-
manos in arma ptinet Turchorūqz cōpeſceret jmpetū. ad
eas partes legatū miſit. Is pmiſſa peccatoꝝ indulgentia
cunctis qui ptra Turchos militare vellent adiuuante johā-
ne Capiſtrano qui pidem tempus hungaris euangelizabat
cruce ſignatoꝝ haud paruū pgregauit exercitum: nō diui-
tum ac nobilium. ſed inopis atqz incompoſiti vulgi. Sur-
de opulentū aures euangelio: nec diuinus ſermo principi-
bus auditus. Contenti pſenti rerum ſtatu. potentes futuꝝ
chriſti regnum. non niſi morientes inquirunt. credula pau-
pertas facile pdicatoribus obedit. Supra. xl. milia ſignuz
crucis accepere. Tecta magis fide. quā ferro acies hunia-
des quoqz nō paruas copias inarmis habuit. Appropin-
quabat ſpe plenus ⁊ incredibili ſuperbia tumens Maome-
thes: nec iam ſibi vel montes vel flumina a obſtare puta-
bat. gloriari inter ſuos hungariam iam pene victā aſſere-
re. latinorū jmpatorem in pinquo eſſe dicere: deleto gre-
corum jmpio. latinorū inſtare finem. turchis oia paritura
Spolia ingentia pmittere Germaniā atqz italiā militum
direptioni offerre. Peruia cuncta turchorū armis iactare
Sed quā glorioſus eius aduentꝰ tam turpis atqz infamis
receſſus fuit: Albaz adconfluentes danubij ſauiqz ſitā par-
uam vrbem oppugnare odorſus obtinere nequaquā po-
tuit pfregit machinis pores muros. Irrupere in vrbē eiꝰ
acies: pugnatum eſt inter diu noctuqz. Nunc victi nūc vi-
ctores viſi hoſtes ad extremū vulneratꝰ ſub papilla Mao-
methes. Relictis jmpedimentis p noctem trepidus aufugit

huius pugne ſeriem in hiſtoria Bohemica comprehendimus. Non eſt cur hoc loco latius inſiſtamus. Autores victorie tres Johannes habiti. legatus Cardinalis cuiꝰ auſpitio res geſta eſt. huniades ⁊ capiſtranius q̄ prelio interfuere. Verū neq; capiſtranius huniadis. neq; capiſtranij huniades mentionem fecere in eis literis. quas deopten ta victoria. ſiue ad Romanū pontificē ſiue ad amicos ſcripſere: ꝑ ſuum quiſq; miniſteriū deuz dediſſe chriſtianis victoriam affirmauit. Auariſſima honori humana mens facilius regnū ⁊ opes quam gl̄iam partit̄. potuit capiſtraniꝰ patrimoniū ꝯtempnere. voluptates calcare. libidinē ſubigere. gl̄iam vero ſpernere non potuit. dicat forſitan aliq̄s non ſuaz illi honorem cure fuiſſe ſed dei. Qui ꝑ pauperes et inermes rem chriſtianam ſaluare voluerit. Cedimꝰ huic aſſertioni. q̄uis ⁊ huniades miniſtrum ſe victorie non autorem dixerit. ferunt Maomethem abeo tp̄e nunquā poſtea eius cladis meminiſſe quin mentum barbam q; manu demulcens. quaſſanſq; caput. ei diei maledixerit qua pugnam ad albam conſeruit.

☞ Proxima thratie ad occidentem ac meridiem ꝯiungit̄ Macedonia. terrarū Imperio quondam potita: que inter duo maria ꝓtendit̄. Egeum ⁊ Atriaticū. latꝰ eius meridionale theſſalie atq; magneſie terga ꝓtegunt. partem Septentrionalem peonia ⁊ paphlagonia excipit. q̄uis ⁊ ipē regiones in macedonuz poſtea iura ꝯceſſerint macedonie addite Epirus quoq; macedoniam attingit ex yllirica terra. Altera meridiem. Septentrionem altera excipiens In adriatico littore dyrachiū vetꝰ ciuitas iacet. abchoromieſo vbi ſita eſt nacta vocabulū. Epidamnus antea dicta: ⁊ a corcireis olim ꝯdita. Nec ꝓcul infra appolonia fuit optimis inſtituta legibus. ⁊ auguſti Ceſaris. q̄ grecas ibi littera didicit ſtudio memorabilis. In altero littore theſſalonica eſt. potens quondā ciuitas. quā cuz epiſtole pauli apl̄i.

tū magni theodoſij pceps atqꝫ implacabilis ira famoſam
reddidere. Indignat⁹ em̄ obceſos in eo iudices. alioq̄n cle
mentiſſim⁹ imꝑator: vniuerſū vrbis populū trucidari man
dauit. xj. milia viroꝝ ceſa tradunt. Nō tulit Ambroſi⁹ Me
diolanenſiū pontifex tā immane facin⁹ incorreptū. Impa
torē ab ingreſſu eccl'ie ꝓhibitū ſubire penitenciaꝫ cōpulit.
Nec maxim⁹ ꝑnceps paſtoris ſubire iudiciū recuſauit hinc
lex ꝓmulgata: vt lata ſuꝑ morte hoīs ſententia ante dies.
xxx. nō exequat. Hāc vrbē libere ꝯditoīs fuiſſe. Plinius tra
dit. Strabo ꝯditorē eius philippū Alexandri prēm affir/
mat. ambo eā attribuūt macedonie. Andronic⁹ Emanue/
lis imꝑatoris Cōſtantinopolitani fili⁹ hāc imꝑartē heredi
tati accepit. Demūqꝫ Iohānis fr̄is odio q̄ pr̄i ſucceſſit in
imꝑio Veneti tradidit venetis Amurates Turchoꝝ vt an̄
dixim⁹ imꝑator eripuit. h reliquā macedoniā vſqꝫ ad mō/
tes peonie. ⁊ quā mō Albaniā vocant imꝑio ſuo ſubiecit.
Mira reꝝ mutatio. ⁊ fluxa hūani imperij glia: hec eſt ma/
cedonia que duob⁹ inclita regib⁹ gretia thratiaqꝫ ſubacta
imperiū ꝓtendit in Aſiā Armeniā. Hiberiā Albaniā Ca/
padotiā Syriā Aegiptū Thauꝝ Caucaſū ſubiugauit hec
in bactris. medis. perſis. dn̄ata toto oriente poſſeſſo. Io/
die quoqꝫ victrix ꝑ veſtigia liberi pr̄is atqꝫ herculis ſigna
circum tulit. Hec eadeꝫ noſtra etate ſpurciſſime Turchoꝝ
gēti ſubiecta. tributū pendere. ⁊ iugū ferre miſerrimū cogit
☞ Magneſiā quoqꝫ: ac theſſaliā nr̄o tp̄e Turchoꝝ arma
inuaſerūt. Nobiliſſimi mōtes olympus: pieris ⁊ oſſa. pyn/
dus inſuꝑ. ⁊ othis laphitaꝝ quondā ſedes. Turchoꝝ Im
perio parent. penes quos q̄nqꝫ ⁊. lxx. vrbes fuiſſe olim pli
ni⁹ affirmat. Totū peneum turchi poſſident inter flumina
theſſalie clariſſimū. iux̄ gomphos h fluuios orit̄. inter qꝫ
oſſa ⁊ olympū nemeroſa ꝯualle defluens. Quingēta fer/
me ſtadia ꝑcurrit dimidio ei⁹ ſpatij nauigabilis. in eo curſu
tēpe vocāt. Quinqꝫ. M. paſſuū lōgitudīe vltra viſū hoīs

attollentibus ſe dextra. lenaq̃ʒ leniter ꝯnexis iugis intꝰ ſua luce viritande ac labit̃ peneus viridis calculo. amenꝰ circa ripas gramine. canorus auiuʒ ꝯtentu. arripit amnem or-chon: nec recipit. Sed olei mō ſupnatantem vt dictum eſt ab homero breui ſpatio portatū abdicat: penales aquas: diraſq̃ʒ guttas argenteis ſuis miſcere recuſans. hec pliniꝰ de peneo. tot chriſtianis bona. thurcoꝝ arma. eripuere. q̃ʒ uis nr̄am magis deſidiā incuſauerim. In theſſalia Regem fuiſſe tradunt nomine grecū a quo gretia dicta ſit. helenuʒ quoq̃ʒ in eodem loco regnaſſe. A quo helena nuncupata ē homerus tribꝰ nominibus theſſalos appellauit. myrmidanas. helenas. ⁊ acheos. hic termopilarū anguſtie perſarū cede inſignes. Que licet olim perſis impetū tenuere. Tur-choꝝ tn̄ armis claudere tranſitū mimime potuere.

☞ Poſt theſſaliam Boetia ſuccedit ab ortu in occaſū porrecta: euboicum mare: et criſſeumq̃ʒ ſinū ꝯtingens Thebaꝝ claritate apud oēs ferme hiſtoricos nominata ħ muſis natale in Eliconis nemore: hic ſaltus cytharon ⁊ hyſmenus amnis. ⁊ fontes dyrce arethuſa ⁊ aganyppe. Que patria quondā liberi patris. atq̃ʒ herculis fuit: que fortem produxit. Epaminundā. Non cedens Athenis claritate ciuitas: ea nr̄a etate exiguū caſtellū thebarū eſt. ⁊ a thurcis ꝑimis annis cū reliqua Boetia occupatum:

☞ Sequit̃ hellas que a nr̄is appellata gretia acten. ideſt littus ꝓſci vocauere. Mutato deinde noīe acticā dixere homerꝰ cūctos acticā incolētes appellauit Athenienſes. tuʒ non edificata forēt megara. ꝑtendit̃ aūt Attica ex Boetia vſq̃ʒ iſchmū vbi colūna fuit. in qua ħ inerat titulus in parte peloponneſū ſpectāte. hec pelopōneſus: at nō ionia In ꝑte v̓o megara intuēt: hec nō peloponneſū ē. ſʒ ionia. Idē enī̄ actici ⁊ iones fuere. q̄ tū de finibꝰ cū pelopōneſiacis ſe-piſſime diſceptaſſent: hāc tandeʒ communi ꝯſenſu columnā erigi obtinerunt. Acticam quamuis ſaxoſam et ſterilem.

pleriqꝫ tamen mirificis laudibus extulerunt deorumqꝫ do-
micilium eſſe duxerunt. loca ip̄a poſſidentiū ⁊ parentū he-
roum. In hac ciuitas athenienſis quondā nobiliſſima fuit
nullius indiga preconij: tanta eius ſupfluit claritas. Eadē
nr̄o tp̄e parui opidi ſpēm gerit. In eo tamen ſaxo. quo ve-
tuſtum minerue templū fuit. Arx eſt ꝑ oēm gretiam nomi-
nata cū opis magnitudine: tū difficultate oppugnatōnis.
hanc florentinis quidā Maomethi tradidit: cuz implora-
tis latinorum auxilijs nulli⁹ opem inueniret. Rura ei obea-
rem tradita inquis euum ignobile ducat.

☞ Peloponneſus actice iungit̄ totius gretie arx quondā
dicta. Nam preter habitantiū in ea gentiū nobilitatem at-
qꝫ potentiam ip̄e locoꝝ ſitus p̄ncipatū deſignat ⁊ Impe-
rium. Multi ſinus inſunt ⁊ promontoria multa. Inſignes
etiam ⁊ ꝑ magne cheroneſſus ip̄a locoꝝ varietate iocūde.
formaz eius platam folio ſimilimam dixere longitudine ac
latitudine ferme parē. Ab occaſu in ortū ſtadioꝝ mille. cccc
perimettros ſiue ambitus omiſſis ſinibus. vt polibio placꝫ
ſtadia quatuor milia ꝯtinet. Arthenudorus. cccc. ſuperad-
dit. cui ⁊ plinius ꝯſentire videt̄: Iſidoꝝ autorem ꝯſecutus
Idem duo maria terrā ambire dicit. Ionium ⁊ Egeū An-
guſtie. vnde ꝓcedit Iſchmos appellāt̄. Quinqꝫ milia paſ-
ſuum lactitudinis ꝯtinentes. has anguſtias ꝑfodere. De-
metrius rex. dictator Ceſar. Gaius p̄nceps domici⁹ Nero
infauſto vt omniū exitu patuit incepto tentauerunt. h co/
rinthus nobilis colonia fuit Greci p̄ncipes poſtquā Tur/
chorū potentia in Europam penetrauit. ex mari ad mare ꝓ
ducto ꝑ anguſtias muro peloponneſū a reliqua gretia di-
ſtinxerunt. Muꝝ examiliū appellauere. hanc ꝓuintiā ho/
die moream latini vocant. In ea achaia ꝯtinetur. Meſſe/
nia laconia. Argolis ⁊ Archadia. que mediū peninſule ob-
tinet. Amurathes expugnata theſſalonica ſubacta Boe/
tia. ⁊ actica p̄ter athenas ad Examiliū vſqꝫ ꝓfect⁹ ꝑterrit

grecis diruit muꝝ. tributum ꝙ̃ annuum dedentibus ſe pe
loponnẽſibus imperauit. At cũ hungari inſtante Juliano
Cardinali Sancti angeli aduerſus Turchos arma ſum-
pſiſſent. Confectiſq̃ꝫ non nullis feliciter prelijs ampliꝰ in-
ſtarent. Urgerentq̃ꝫ hoſtes Cõſtantinus qui poſtea apud
Cõſtantinopolim imperauit ibiq̃ꝫ necatus eſt. vt ante dixi
mus: huiꝰ ꝓuintie deſpotus animo auctus ⁊ negare. Tur-
chis tributũ: ⁊ examilium inſtaurare non dubitauit. Ob-
quã rem magna deinde pecunia mulctatus eſt ⁊ Examiliũ
denuo deſtructũ cũ victor Amurathes apud varnam hun
garos deleuiſſet: deuicta ꝯſtantinopoli Albani: qui plures
peloponneſũ incolebant. ſumptis armis Demetriũ ⁊ tho
mam ꝯſtantini fratres regno deijcere annixi ſunt. nobilem
quendam greculũ ad Regnũ faſtigium aſſumentes Utra-
q̃ꝫ pars Maomethis auxiliũ implorauit Jlli nobilior pars
vna iuſtior. Auxilia aduerſus Albanos Demetrio fratriq̃ꝫ
tradita. Albani ſubacti prioribꝰ dominis paruere. Mao-
methi. xv. milium aureoꝝ tributũ penſum Thomas ꝙ̃uis
hereditario iure jmꝑatorem ſe dicere poſſet. cuiꝰ maiores
longa ſerie grecoꝝ nomini Jmperauerãt. metu tñ Mao-
methis eo titulo abſtinuit Cũ Calixtus pont. max. chriſtia
nos ꝑncipes in ſui pontificatus Jnitõ aduerſus Turchos
inuitaret. exiſtimauit thomas Turchoꝝ Jmperiũ ꝑcuidu-
bio ruituꝝ. Maometiq̃ꝫ tributũ negauit. Cũ vero non taꝫ
magnifica facta quã verba eſſe animaduertit. ꝯſoluto tri-
buto ⁊ adiectis donis Maomethi reconciliatus eſt. Nunc
vͦo ſi vera eſt fama. que ꝑ hos dies allata eſt violate fidei
maiorem ſubire penã cõpulſus Maomethi prorſus ſubie-
ctus eſt. Peloponneſus tota Turchorũ jmperio adiecta.
Egredienti peloponneſum ꝑ anguſtias iſchmi ad reliquaꝫ
gretiã. Strabo ⁊ plinius occurrere acticã tradunt. Pto-
lomeꝰ Achaiã cuiꝰ fines hoc mõ deſcribit. Ab occaſu Epy
ruꝫ: a ſeptẽtrione. Macedoniã ⁊ partẽ egei pelagi collocat

Ad orientem eiuſdem maris terminos ponit vſq; ad ſuniū ꝓmontoriū Ad meridiem Adriaticū pelagus iuxta littus. quod achelous amnis irrumpit incorinthiaco ſinu Quod ſi ita eſt: acticā. boetiā. photidem: Theſſaliā: Magneſiaz: Etholiā ⁊ Acarnaniam. Achaia ip̄a complectit̄. Idem tn̄ Ptolomeus alio loco mediterraneas peloponneſi ciuitates enumerans: Elicez: Burā: Pelenā. Phereā in achaia eſſe dicit. ⁊ ꝓpriaz eſſe Achaiā intra peloponneſū affirmat Nobis qui pro noſtri operl inſtituto res peloponneſiacas ⁊ acticas breuiter abſoluim⁹. ⁊ Ad occidentez feſtinamus.

☞ Acarnania prior occurrit. inter epyꝝ. Boetiamq; ꝓtenſa cui etholia vel coniuncta. vel commixta eſſe videtur. hec hodie ducatus appellatur. Johannes Uintimili⁹ natione ſiculus filiam ſuam deſpoto Acarnanie in matrimonium dedit. Exin vexantibus Acarnaniam Turchis: ac generum obſidentib⁹ cum paruo equitatu mare traiecit. obſeſſores inuaſit Stragemq; memoratu dignam edidit. nā parua manu ingentes fugauit copias. Salutemq; genero peperit. Qui tameo paulo poſtea ꝑ inſidias captus a Turchis regnum amiſit. Epyrum tamen adhuc eius noīe teneri ferunt.

☞ Epyrus in occidua parte ab acroceraunijs montibus incipit: protenditurq; verſus orientez vſq; ad ambrachiū ſinum per ſtadia. M. ⁊. ccc. Septentrionalem eius partez Ptolomeus macedonie ꝯiungi tradit. Orientale Achaie vſq; ad hoſtia fluminis Acheloi. Occidentale latus ionico excipi pelago aſſerit. Strabo auſonium hoc idem mare appellauit. In Epyro. xiiij. fuiſſe gentes Theopompus tradidit: quarum celebratiſſime caones ⁊ moloſſi. Regnuz enim quandoq; tenuere prius quidam caones. poſterius moloſſi. qui propter regum cognationem ex eacidarum ſanguine prognati mirum in modum amplificati fuerunt penes quos dodone vet⁹ oraculū: ac nobile viguit. Oraz

huius terre maritimam. felicē atq3 vberē tradidere. Mul/
teq3 olim vrbes ⁊ oppida munitiſſima in Epyro fuere Sȝ
ꝓpter populoꝝ rebelliones. Qui cum Romanis cōtenderēt
ꝓuincia vaſtata eſt. lxx. cm̄ epirotarū vrbes apaulo emilio
Imperatore funditus euerſas eſſe. autor eſt polibius. victis
macedonibus ⁊ perſa rege ſupato. Ex quibus maximū nu/
merum viris moloſſoꝝ extitiſſe. ⁊ mortaliū. c. l. milia in ſer
uitutem redacta. Plinius Veronenſis hanc cladem mace
donibus attribuit. Duas q3 vrbes ruine adijcit Credo q2
macedones Expirotarū Imperiū optinebant. Vtrāq3 gē
tem vno nomine plinium comprehendiſſe. Apud Epirum
actica pugna late memorabilis commiſſa eſt. Inqua ceſar
Auguſtus Marcū Anthonium nauali prelio vicit. ⁊ ſimul
Egipti reginam cleopatrā (Nam ⁊ ip̄a huic certamini pre
ſens interfuit) Ob quā rem victor auguſtus in ambrachio
ſinu vrbem ꝯdidit. ciq3 vocabulū indidit. Nicopolim ideſt
victorie ciuitatem. ambrachy ſinus oſtiū paulo quā ſtadia
quatuor maius eſt. Circuitus ſtadia. ccc. amplectitur O p
tima omni ex eius parte ſtatio. Ingredientib⁹ occurrebāt
olim adextra habitātes greciacarnanes ⁊ appollinis actij
templū quodam in tumulo ad hoſtiū eminens: cui camp⁹
ſubiacuit lucūq3 habens ⁊ naualia. Inquib⁹ ceſar vnde vi
ginti naues decimaꝝ romine repoſuit ab vno remoꝝ ordi
ne vſq3 triremes adiūgens. Siniſtra v° Nicopolis eſt. ⁊
Epyrotarū colonia caſſiope. nr̄a etas Epyꝝ artam appel
lat. Circa littus ei⁹ paucis ante annis ꝑfectus Regie claſ/
ſis nomine Villamarina Triremes Venetoꝝ inſecut⁹ cō/
ꝑhēdit. atq3 incendit. In eodē littore apud acrocerāneos
mōtes finiri adrie vl' adriatici maris nauigatōe3 ⁊ joniū in
cipere pelag⁹ Straboni viſū ē. apd quē mare Auſoniū idē
quod jonium eſſe apparet: cū Eupiri oram Auſonio ablui
pelago aſſirmet

☞ Que nunc Albania dicit' olim macedonie portio fuit.

ad occidentem verſa. In dyrachiū ⁊ appoloniā fuiſſe ꝓdi
dimus. nō incelebres priſco ſecula ciuitates Sermo genti
necꝫ grecis. necꝫ Illyricis notus Credimꝰ hoc genꝰ hoīm
ex albania quondā veniſſe. que vicina colchidi in aſiatica
Stychia memorat̃ (vt ſepe barbaroꝝ inundatio nationū
Grecie atqꝫ Italie ꝓuintias occupauit. In hac terra potēs
Camuſa fuit q̇ chriſtianis parentibꝰ ortus. paꝝ tenax Ca
tholice fidei. Ad maomethis inſaniā declinauit. Sed quā
leuiter xp̄m deſeruit. tā facile Maomethis ſacra ꝯtempſit.
Rediit em̄ ad paternā legē. ⁊ Quis vtrāqꝫ religionem con
temſerit neutri fidus. chriſtianus tn̄ mori. quā turchꝰ ma
luit. paulopoſt ꝯſtantino politanā cladem morbo extinctꝰ
Georgius Scanderbechius eiꝰ hereditatez accepit nobili
loco natꝰ. qui etatem pene omnē inarmis ꝑ xp̄i nomine pu
gnādo ꝯſumpſit. multas ⁊ magnas Thurcoꝝ turmas bel
lo vicit atqꝫ deleuit. Soluſqꝫ quodammō regionem illam
in euangelio chriſti ꝯtinuit. Quis hodie totiens hoſtili fer
ro petita magna ex ꝑte deſerta ferat̃. Rex alfonſus ſepe mi
lites in Albaniā miſit. ⁊ troiam vrbē in poteſtatē receptaz
a Thurcis defendit. Nepos Scanderbechi ex fratre cum
Turchoꝝ patri fauens inſidias patruo moliret̃. ab eo ca
ptus. ⁊ ad alfonſum miſſus in carcerem ꝓiectꝰ eſt. Caliſtus
quoqꝫ romanus Pontifex auxilia pecuniaria. Scander
bechio nō pauca miſit. Valona in albania nō magna ciui
tas eſt in portu maris ſita. qua breuiſſimꝰ eſt. in ytaliā tra
ctus. Hanc pazaites ꝑmus ex Turchis occupauit. Rebel
lantē amurates recuperauit Neſcio quod malum minatur
Italie.
☞ Poſt Albaniam Illyrice ſequunt̃ gentes ad occiden
tem. Septentrionemqꝫ verſe hoc genꝰ hoīm noſtra etas
Sclauos appellat. ⁊ alij boſnenſes. Alij dalmate. alij cro
acij hiſtri. carniqꝫ nūcupant̃. Boſnenſes introrſus ad pā
noniam vergūt. Septentrioni expoſiti. Reliqui adiacētes

mari adtimaui vſqꝫ fontes ꝓtendunt. hinc auſoniā. Illinc
pannoniā intuentes. Timauus aūt in intimum. Adriatici
maris ſinū excurrit. cuiꝰ fontē mr̄ez appellari mari. Stra
bo ꝓdidit. In Boſna Rex gentis diſpotꝰ. Stephanꝰ noīe
Sic enī Reges appellare ſuos ꝯſueuere. Quis xp̄i religio-
nem ſectaret. diu tn̄ baptiſmi ſacramēto abſtinuit. Sꝫ an-
no ſupiore vocato ad ſe Johāne Cardinali Sancti Ange
li. cuiꝰ ſepe meminibꝰ ab eo baptiſmatis vnda pfuſus. ⁊ ſa
cris noſtris rite initiatꝰ. Thurchis quibꝰ cū federe iunctus
erat bellū indixit Nūc paululū mutare affirmat. In hac re
gione quā plurimū heretici poſſunt. quos vocāt maniche
os. peſſimū genꝰ hoīm. q̄ duo ꝑncipia reꝝ ꝓdunt. Alteruz
maloꝝ. alteꝝ bonoꝝ. Nec ꝑmatū Romane ecclie tenent.
necꝫ xp̄m equalē ꝯſubſtantialēqꝫ patri eſſe fatent. Hoꝝ ce-
nobia in abditis montiū ꝯuallibꝰ ſita ferunt. In quibꝰ egro
tantes matrone. ſeruituras ſanctis viris ſi euaſerint ad cer
tum tp̄s deo vouent. Reddite ſanitati ꝑmittentibꝰ viri vo
ta pſoluūt. ꝑmiſcue int̄ monachos ꝑuiuito tp̄e vinētes. Hāc
labē nll'a ſedis apoſtolice decreta nll'a xp̄ianoꝝ arma dlere
potuerīt Sinit ad nr̄az exercitationē regre hereticos ds.

☞ In dalmatia raguſeos magnis affecit cladibꝰ Stepha
nus int̄ Boſnenſes ⁊ dalmatas ducatū poſidēs. ⁊ maniche
orū veneno infectus. q̄ ⁊ ſi xp̄ianos ꝑ inſidias captos ſepe
turchis venundauerit. mittere tn̄ oratores Romani. ⁊ au-
xilia ſedis appoſtolice petere nō erubuit. eiꝰ belli ſumptꝰ ex
chriſtianis petens qđ geſſerat in chriſtianos. Nec defue-
re. q̄ tā impijs verbis aures accomodarent.

☞ In croatia Mulier auſtralis. q̄ nuptias comiti cū eſſet
inferior ſanguine. moꝝ pſtantia ⁊ forme elegātia meruit.
dū laxandi animi grā ex caſtello in caſtellū obeq̄tat. ſubito
Thurcoꝝ interuētu capta. ⁊ apud eos aliquā diu detenta.
impatientia tandē mariti nō paruo auro redempta eſt.

☞ Querat fortaſſe aliq̄s vbi nam liburnicā dimiſerimꝰ.

quā p incaſſū Antȝenorē Italiā petēnē inſignis poeta cū memorat. Cōfuſi ſunt admodū pūintiaꝝ fines. Nec expe-dire noua facile eſt. nedū q̄s vetuſtiſſima poſſit abſoluere. plini⁹ liburine finē initiū eſſe dalmatie dixit ꝛ traguꝝ mar-more notū in ea eſſe. Salonā quoq̄ coloniā. que ab Jade ra. c. ꝛ. xii. milib⁹ paſſuū abfuit. Jaderam vero. c. lx. apola diſtare. Ex quo fit. vt int̄ croatinos ꝛ dalmatas liburni ſe-des habuerint. forſitan ꝛ croatini nouū gētis nomē libur-noꝝ loca inuaſerūt. Nobis hec indicaſſe ſufficiat. Si quis certiora deſiderat priſtos euoluat autores. Ptolomeus li-burniā Dalmatiā. atq̄ Jllyridē ſimul ꝯfudit. Et Jlliridi q̄-dē a ſeptētrionali plaga pannoniā occurrere dixit. Ab or-tu ſupiorem Myſiā. ab occaſu hiſtriā. a meridie Macedo-niā ꝛ adriaticū littus.

☞ Hyſtriā veteres Jtalie tradiderūt. in qua parentiū ꝛ pola eſt ꝛ juſtinopolis. quā caput hiſtrie vocāt. Incōueni-enter Jtalie tn̄ iungit̄ Adriatico ſinu diſſecta. et in penin-ſule modū circūdata mari. qua ꝯtinenti applicat̄ a tergo. lapidea eſt ꝛ montana regio. quā p̄ſci Albiam vocauere. Plinius hiſtriam adherere liburnie dixit. Ex quo palam fit croatinos liburnoꝝ loco ſuccedere. hiſtriā ab hiſtro am-ne dictam ferūt. quē a danubio in hadriā fluere falſo cre-didere. Cui errori. ꝛ pompinius mella ꝛ nepos padi acco-la aures adhibuit. Null⁹ em̄ ex danubio amnis in adriati-cum effundit̄ mare. Argonautarum eos fabula decepit. Quos p hiſtrū ex mari pontico in hiſtriā vectos memorie pditū ē. Sȝ ꝯſtat eos in hiſtro in ſauū aduerſo flumine na-uigaſſe. Deinde nauportū quē labacū hodie appellari pu-tauerim. Cui⁹ paludē lugeū. ſtrabo appellat. Ex nauporte vero per montes humeris vecta nauis in adriaticum pro-uenit. Hiſtri hodie ſclaui ſunt. p̄ter q̄ꝫ quis maritime vrbes. Jta-lico ſermone vtuntur. vtriuſq̄ lingue periciam habentes. pars prouintie melior ea Venetoꝝ que maritima Jmpio

ſubiecta eſt. Mediterraneam domꝰ auſtrie poſſidet. Oppidum Sancti Viti. qđ ad flumen Titū ſitum eſt Valenſes habent. ex quo loco ad aquilegiā. M. ſtadia eſſe Tuditanꝰ qui dormiuit hiſtros tradidit finē. Italie muſie fluuiū tradidere. In hac terra nihil etate noſtra memoriā dignū geſtū eſſe accepimꝰ quā ꝙ Auſtrales ⁊ Venetos magna d̄ finibꝰ ꝯtentie agitauerit. ⁊ vtriuſqꝫ ꝑtis ſubditi armis ꝯtenderint. Ad quas lites componēdas nos aliqn̄ ab imꝑatore miſſi. quis indutias belli fecimꝰ ⁊ nouos terminos conſtituimꝰ vniuerſam tn̄ litē amputare nequiuimꝰ.

Ob quā rez male quadrat hiſtoria veritati. que Turingos ꝑores ſaxonib⁹ in germania fuiſſe ꝯtendit. fatebor tn̄ Saxonie limites aliqn̄ minores fuiſſe. aliqn̄ maiores. Naz ſicut imperia ita ꝛ ꝓuintiaꝝ limites ex tꝑe variant̃. Carolus magnus imꝑator multa cū ſaxonib⁹ bella geſſit. Priuſquā xp̄i cultum reciperent. eoſq3 magnis afflixit cladib⁹. poſtquaz vero deficiente apud frācos Caroli magni geneloia Romanū imperium ad theutones orientales rediit. Saxonū aucta dignitas eſt. inter quos plures imꝑatores fuere. Singulari ꝓuidentia ꝛ reꝝ geſtaꝝ magnitudine clari. maxime vo tres. othones. q̄ ſibi inuicem ſucceſſere de Romana eccl̄ia optime meriti. quoꝝ virtute ꝓlatos Saxonie fines minime dubitarim. Inter ꝑmeraneos. Qui orientez Saxonie incolunt. oppida ſunt digna nōie Wiſmaria. et ſundis. Gripſuoldia. Stetiniū. Roſtochiū. Inquo ſcola. liberaliū artiū haud ꝯtemnenda. ꝛ hec quidem mari ꝓxima multis ac diuitib⁹ negociatorib⁹ habitata eſt. ꝛ in mediterraneis Caminū pontificalis ciuitas. cuius dioceſis latiſſima eſt. nec minor Maguntina credit̃. Epiſcopus loci Romano dumtaxat preſuli ſubeſt. Brandeburgenſes in duas marchias diuidunt̃. Quaꝝ altera vet⁹. altera noua vocat̃ Veterem marchiā ꝑlabit̃. Albis fluui⁹. In cui⁹ littore ſtendalum eſt oppidū. ꝛ Bardeleuum. ꝛ Soltuedleū. ꝛ Oſterburgium. Nouā marchiā interſecat fluui⁹. Odera. haud multo inferior albi. In ei⁹ littore franckfordia eſt diues emporium. ꝛ Lubucenſis ciuitas. Sprowa quoq3 fluui⁹ eandem ꝓuintiā irrigat. Equādus tiberi. Berlinū in ei⁹ littore oppidum iacet. Eſt ꝛ aliud flumen Hauela nuncupatum. Nō Brandeburgenſiū. ex quo marchia nomen h3 in duas p̄tes diuidit Veterem ac nouā ciuitatem efficiens. Ibi epiſcopalis ſedes eſt. ꝛ Marchionū tribunal. ad eiuſdē fluminis ripā Habelbergiū quoq3 ſitum eſt. Pontificalis ciuitas. circū nobile territoriū. cui ꝑgeniza eſt nomen mult

refertū oppidis. ⁊ martiali pplo plenū. Caput mixnenſiū ciuitas Mixna eſt. Vn̄ nomē regioni datū. hāc quoqȝ albis alluit fluui⁹. hic valida arx. Et in ea kathedral' eccleſia Inqua quoqȝ ꝓuintia multa ſunt oppida martiali populo plena. ⁊ Martinopol' in honorem martis a veteribus cōdida Merburgium hodie vocant.

☞ In Turingia nobile oppidū ⁊ caput gentis herfordia Magūtino ſubiecta pontifici. ſtudijs liberaliuȝ artiū inſignis Nuenburgēſis quoqȝ ꝑua ciuitas duci Saxonie parens. hec oīa iure Saxonū vtunt. ⁊ lingua iiſdē moribus freti. Ceterꝝ veri Saxones Madeburgēſes nullo dubitante habent. Bremenſes quoqȝ Alberſtatēſes. Hildemēſes Verdenſes. Brunſuidences. Luneburgeſes. ⁊ Lubicenſes In Madeburga Archiepālis ſedes hr̄. Et in honore Sācti Mauricij ex quadrato lapide diues templū. Othonuȝ nobile opus. ⁊ in eo Sācti Florētini corp⁹. Credūt quoqȝ vnā. e. vj. idrijs ibi eſſe. Inquib⁹ vinū ex aqua factū a dn̄o Saluatore euāgeliſtaꝝ tradit hyſtoria. hāc plebib⁹ oſtendūt. materia marmorea eſt ac ꝑlucida vini capax quantuȝ equus ferre poſſit. Alterā. ac minorē apud Hildemenſes affirmant. Vexillū quoqȝ Sācti Mauricij hic quot annis oſtendit. Magiſtrat⁹ vrbis ius ciuile Romanoꝝ abbreuiatū ⁊ Saxonica lingua ꝯſcriptū. nō ſine reuerētia cuſtodit. Qđ magni Caroli autoritate firmatū tradūt. eoqȝ in deciſione cauſaꝝ circūuicine gētes recurrūt. magna ⁊ venerabilis eaꝝ lege autoritas hr̄. Bremenſes gliaȝ ſuā ducūt danoꝝ gentē ad xp̄m eſſe ꝯuerſaȝ. Nō ē obmittendū: qđ d Alberſtadio tradit. hāc ciuitatē Oltenna ꝑlabit fluui⁹. In medio ferme tumul⁹ aſſurgit. In cui⁹ cacumine planities ē duorū ferme ſtadiorū ꝯtingēs longitudinē. In cuius extremis angulis duo templa ſita ſunt. Alterū pontificale. Alterū qđ Beate virginis appellāt. In medio late patet forum magnificis canonicorū edibus vndiqȝ cinctū. Vrbs

hec vocatur. q̄d ſub tumulo iacet. Suburbiū appellāt. In monte nulla laicorū habitatio. Carol⁹ magn⁹ hui⁹ ecclie fundator hr̄. cui⁹ feſtiuitas quot annis celebraſ. xij. hic dignitates. xxiiij. prebende. Archidiaconatus ſupra. xx. feruntur. In hac eccleſia ſingulis annis vnus ex populo deligitur. q̄ꝫ peccatis grauioribus inquinatum putant. hunc veſte lugubri induunt. ꝛ obuoluto capite prima ieiunij die ad eccleſiam ducunt. Indeq̄ꝫ ꝑ actis diuinis officijs eijciūt. Is ſingulis. xl. diebus nudis pedibus perambulat vrbem. et eccleſias circuit. neque ingreditur. neque quēquam alloquitur. Inuitatus a cononicis per vices quod apponitur comedit. Somnus ei poſt medium noctis in plateis permittitur. die iouis Sancta poſt conſecratōem olei rurſus ad eccliam introducitur. ꝛ oratione facta a peccatl abſoluitur. pecunias q̄ꝫ populus ei offert. que tamen eccleſie dimittunſ. hunc adam vocant. ꝛ omni crimine liberū putant. Circa Alberſtadiū ager optim⁹ ferax tritici. Matureſtentibus frugibus culmorū altitudinē equo inſedentē hominem ferunt. excedere ꝛc. Brunſuica oppidum tota germanie memorabile. magnū ꝛ populoſum. munitum moenib⁹ ac foſſatis. Turres quoq̄ꝫ ꝛ ꝓpugnacula excellūt. magnifice dom⁹ ꝑpolite platee. ampla ꝛ ornatiſſima templa. Quinq̄ꝫ hic fara. Quinqꝫ p̄toria. ꝛ totidē ꝯſulat⁹ iura ciuibus dicūt. hinc appellari duces Brunſuicenſes tota germania nobiliſſimos. Othonū ſoboles Quorū claritas cū potētia labēte tp̄e defluit. Lubicenſiū ciuitas potētiſſima ē ſine cui⁹ auxilio. vix vnquā datie reges ꝯtinere ſuos ſubditos valent. xij. viri rei pub. preſunt. quos conſules appellant. Quorū ꝑpetua p̄tas eſt. ꝛ inequeſtri dignitate cōſtituti ſunt. Popularibus niſi vocenſ. nulla de regimine vrbis ꝯſulendi facultas. nec tn̄ ſeruire plebs videſ. Sua cuiqꝫ ſubſtātia tuta eſt. ꝛ libertas ſaluis legib⁹ vt velint viuere Aequum iuditiū conſules agunt. Abhis cēſar ſi excesſerint

appelat̃. Saxonie nr̃a etate duces habent̃. Fridericus et
Wilhelmus fratres. Quoꝝ alter electorem imperij gerit.
alter regnum Bohemie ſibi aſſerit vt ſ̃ retulimus. Fuit cuȝ
Brunſuicenſibꝰ de electoratu diſſenſio. Sigiſmundꝰ impa
tor litem diremit. Sententia vt ſepe fit potentiori alluſit.
Alter hoꝝ natu ſenior. robuſtiſſimꝰ venator fuit. Junior al
ter belli appetens ⁊ in armis exercitatꝰ. crudelia inter eos
diu bella exarſerunt hereditatis paterne cauſa. et q̃uis de
pace ſepe mentio fieret. Impedientibꝰ tm̃ appollonio queȝ
Vicedominũ appellant. ⁊ alijs pleriſqȝ potentibꝰ. quibus
ea diſcordia queſtui erat. fruſtra oĩs tractatꝰ abijt. Sȝ cuȝ
vaſtatis iam agris tota ꝓuintia peſſum iret. Appollonius
vͦ fraternaꝝ incenſor diſcordiaꝝ ꝑ annũ iubileũ Romam
petiſſet. Rogauit Fridericꝰ germanũ ſuum vti ad ſe liber-
tam veniret ſecum de pace acturꝰ. annuit Wilhelmus iter
ingreſſo dixere Conſiliarij. paratas ſibi ⁊ qui cũ eo irent in
ſidias eſſe. caueret ne ſe ꝑditum iret. ne ve ſuos ad necẽ tra
deret. Quibꝰ ille. At ego inquit libens morear. ſi vos p̄us
necatos. videro. Qui fraternas ꝯtentões alitis. Atqȝ ita
locutꝰ. ſequi iuſſis qui ſe amarent. vrgenſqȝ calcaribꝰ equũ
feſtino curſu frẽm adijt Quo cũ ſemotis arbitris eueſtigio
pacem compoſuit. feduſqȝ pepigit. Magnus vir q̃ ſe tam
liberaliter in poteſtatem dederit hoſtis. Magnꝰ ⁊ alter. q̃
hoſtem ex fratre factum. Rurſus fratrem atqȝ amicũ reddi
derit. Appollonius interim Roma reuerſus. ⁊ q̃ cũ eo ſen
tiebant ex Turingia vbi plurima oppida poſſidebãt exter
minati ſunt. Appollonius in coburca. qđ eſt franconie op
pidum aliquandiu ſe defendit Sed cũ ſalutẽ in eo loco de-
ſperaret. nullius auxilio fretus cũ thezauris ſuis clam fugi
ens ad Bohemos migrauit. Ex illo tp̃e quietem habuere
Saxones. q̃uis Bohemi caſtella quedã ab eis repetẽtes
ſepe bellũ minati fuerint. Inducie in hancvſqȝ diem arma
partium tenuere. lis maior nunc oritura videt̃. Quando

Wilhelmꝰ regie ſororis maritus. Ad bohemie regnū aſpi
rare fert. quis terre ꝓceres alium ſibi regē aſſump ſerint. li
bet hoc loco audax ꝑuati hois inſerere fatinos. Conradꝰ
Rauſes nobili loco apud Saxones natꝰ. bellice rei ꝑitus.
manu promptꝰ. ⁊ animo imꝑteritus. cuꝫ ſe patria pulſum
et paterna hereditate ꝑuatū ꝑ iniuriā Friderici ducis exi/
ſtimaret. ſcelus ⁊ incredibile nr̄a etate ꝑpetrauit Arx eſt in
Mixna in alto monte ⁊ abruptis vndiqꝫ rupibꝰ ſita. Altū
burgum ꝓuintiales vocant. Ad Radices mōtis oppidum̄
egregie munitū ⁊ pplo plenum iacet. In arce duo Fride/
rici adoleſcētes Erneſtus ⁊ Albertus educabant. huic Cō
radus intempeſta nocte magnis itineribꝰ cū paucis comi/
tibus ꝯtendit ⁊ ad mōtis ſcalis ꝓdente pedagogo arcē in/
greſſus dormientes. adoleſcentulos in cubili cōprehēdit.
Interminatuſqꝫ mortem ſi vocem emitterēt funibꝰ colliga
tos extraxit. haud dubius qn ꝓductos in Bohemiaꝫ ma/
gno p̄cio venderet Suaſqꝫ ꝯtumelias eo pacto magnifice
vlctus videret. Jam ſiluā Herciniā. que Bohemiā a Sa
xonia diuidit. ingreſſus erat. Jamqꝫ periculū om̄e trāſmiſ/
ſum putabat cū junior captiuoꝝ. labore ac fame deficiens
et quietē ſimul ⁊ cibum popoſcit. Cuiꝰ precibꝰ cōmotꝰ p̄do
ad Carbanariū diuertit quendā. Afferriqꝫ panē ac ceruiſi
am iuſſit. Interea apud Altemburgum. cognita tante rei
nouitate clamor exorit. Attoniti oppidani raptiꝫ arma ca
peſſunt. ⁊ p̄cioſam vendicaturi p̄dam p̄cipiti curſu p̄donis
veſtigia inſectant. Siluā ingreſſis fortuna blandit. que in
ter multos tramites eū teneri ſuaſit. q̄ recta duxit ad Car/
bonariū Ibi Conradus dū puero cibū miniſtrat ex impro
uiſo capit. ⁊ oblatꝰ p̄ncipi audaciſſimi ſceleris capite poe/
nas ſoluit. Federicꝰ eodem pene nuntio. quo captos atqꝫ
abductos filios audiuerat. recuperatos ⁊ domū reductos di
dicit. Saxonie ducibꝰ parua. vere Saxonie portio paret
Sūt em̄ in ea ꝓuintia multi aliȷ̄ p̄ncipes. multe ciuitates.

que vocant̃ jmꝑiales. multi epiſcopi ꝓpriū territoriū habē
tes. Mixna vo. ⁊ Turinge maioꝛ ꝑs. Luſatie. ⁊ Franco-
nie. pleraqꝫ oppida hijs ducib⁹ parēt. Jus aūt eligēdi Ro
manoꝛē Jmꝑatoꝛē Saxonie ducib⁹ ex ꝑuo quodā ꝑnci-
patu cōpetere aſſerunt. int̄ Mixnā Sleſiāqꝫ iacēte. Cuius
caput oppidū ē. wiſſenberg appellatū. mons alb⁹. Jn Sa-
xonia argēti mineras apud Gliſariā otho ꝑmus Jmꝑatoꝛ
inuenit. quaꝝ magni fuerūt reddit⁹. Jbi ⁊ palatiū nobilis
opis edificatū. hꝫ ⁊ fontes amaros Saxonia. ex quib⁹ ſal
coquit̃ albū. qḋ ad vicinas gētes defert̃. Saline vberrime
atqꝫ ditiſſime apud Luneburgiū habent̃. Ex quibus multi
monaſterioꝝ Abbates. ⁊ multi ecclīaꝝ ꝑlatiuitā ducere cō
ſueuerūt. fuit em̄ queſt⁹ ſalis vberrim⁹. has ſalinas Lune-
burgēſes violent̃ vſurpauere. Ob quam rem ⁊ a Nicolao
pont̄. Max. a Friderico jmꝑatoꝛe Auguſto dampnati ſūt
ꝯſulat⁹. q̄ ei⁹ rei autoꝛ habebat̃. Autoꝛitate aplica deiect⁹
eſt. Sꝫ fauoꝛe Bernardi ducis Brunſuicēſis paulo poſtea
in ꝑſtinū ſtatū redijt. Et q̄ nouiter ꝯſulatū adierāt in carce
rē coniciunt̃. ciuitati rebelli ⁊ eccleſiaſticoꝝ bonoꝛū rapaci
ſacris interdictū eſt. non tm̄ deſinit q̄ rem diuinā apud eos
faciāt. Tant⁹ eſt euo nr̄o ⁊ in pplo ⁊ in clero autoꝛitatꝭ ec-
cleſiaſtice ꝯtempt⁹. Eſt in marchia Brandeburgēſi nō ma
gni momēti ciuitas aq̄s circundata Habelbergā vocāt in
ei⁹ dioceſi loco aſpero ac deſerto paruū oppidum eſt. noīe
wilſnacū. hic tres hoſtie habent̃. ex quis cruoꝛem ſua ſpō
te manaſſe tradunt. Ob eā rem magnus populoꝝ huc cō
curſus. ⁊ nautaꝝ vota hic ſoluunt̃ Vulgo locum ad San-
ctū cruoꝛem vocant. Exceſſim⁹ ſcribendi modū. Saxonie
ciuitates nominatim commemoꝛantes. Jd fecimus quia
veteres ſcriptoꝛes parciſſimi de Germania locuti ſunt. et
tanquaꝫ extra oꝛbem ea natio iaceret Sompniātes quo-
dammodo res germanicas attingūt. Ob eam rem dabi-
tur mihi venia foꝛtaſſe. ⁊ aliquis gratiam habebit. ſi ger-

manicas deſcribentes prouintias vt res oculis ſubijcia-
mus paulo prolixiores fuerimus. Propoſiti noſtri metas
egreſſi.

☞ Hoc loco quoniã Saxonie dania iungit̃. prius quam
Germanie reliquas ptes abſoluo. De ipo danie regno vi-
ciniſq̧ in Aquilonẽ verſus aliqua referre inſtitui non indi-
gna cognitu. Tria ſunt in ſeptentrionẽ vergẽtia regna ſibi
inuicem cogerentia. Danoꝝ. qđ hodie. Dacũ appellant.
Suetioꝝ. ac Noruegioꝝ. Dania (ſiue datiam dicere volu
mus ꝯſuetudini ſeruientes) germanie portio eſt Cherõne-
ſi habens formã. hanc quondam cymbri tenuere. Vñ illa
in vndatio barbaroꝝ emerſit. quã mariꝰ arpinas Jtaliam
petentem. Et res Romanas euertere minitantẽ ad interni
tionum deleuit. Poſſidonius vt ſtrabo refert ꝯiecturam fa
cit ꝙ cymbri latrotinando incertis errabũdi ſedibꝰ ad pa-
ludem vſq̧ meothim militiam agitarint. ab eis em̃ Cyme
rium vocari boſphorum arbitratur quaſi cymbricum cum
grecorum lingua Cymerios Cymbros nominet. Suetia
cincta vndiq̧ mari plures cõtinet Jnſulas. Jn quis Scã-
dauia eſt apud veteres late memorabilis. hinc quoq̧ po-
pulorum in numerabilis multitudo egreſſa. Omnez olim
Europam armorum turbine ac procella inuoluit. Nã go-
thorum (qui humos bello vicere. Pannoniaz. Miſiã. Ma
cedoniam ⁊ oẽm Jlliridem occupauere. Germaniam. Jta
liam. ac Galliam vaſtauere. ⁊ demũ in Hyſpania conſede
re) hinc fuit origo. Noruegia que de ipo ſeptentrione ſor-
tita eſt nomen continenti. Per Ruthenos iungitur. ⁊ in-
arcton protenſa incognite terre. ſeu ſtricto glatie occeano
vt pleriq̧ fabulantur contermina eſt. Ad orientis partem
ac meridiem Baltheo mari alluitur. Ad occidentem Bri-
tanici finit occeanꝰ. Datiã Theutones hodie dannoꝝ ap
pellãt marchiã. cuiꝰ lingua germanis in cognita ẽ Ex Nor
uegia veniſſe putant. qui cymbrorum occupauerint loca.

In hac terra patꝝ noſtroꝝ memoꝛia Woldimarꝰ regnauit in Suetia magnus. Aquinus in Noruegia. quē ferūt diuinum fuiſſe hoīem. miro ꝓuintialiū amoꝛe. atqꝫ obſequio cultum. huic ꝯiunx Margaritha fuit Woldimari filia. Ex qua natus Olaus pr̄i ſuccedens. breui tp̄e vita functꝰ. Regnū mr̄i reliquit. Ea ꝛ paternū adepta eſt. extincto Woldimaro. at magno in Suetia hoīem exigente. Albertus dux Monipolenſis. vocatu ppli dyadema ſuſcepit Qui dominatum vicine femine ꝯtemnens bello Datiā Nouergiāqꝫ laceſſere cepit. Occurrit ei Margaritha coactis copijs. In campis late patentibꝰ pugnatū eſt. tanquā ipa viri hoſtis femine animū induiſſet. Victus Albertꝰ. captuſqꝫ ꝛ in triunphum ductꝰ regnū amiſit. dimiſſus tandem infame ſenium in paterna domo finiuit. Margaritha clariſſima mulier tribꝰ imperans Regnis ad ſenectutē vſqꝫ magnifice ac religioſe ſubditos gubernauit. demū ſenio ꝯfecta cū tantū ꝑ ſe ferre nequiret imperiū. heinricū pomaranie ducē quatuoꝛ ꝛ decem annos natū ſibi filiū adoptauit. regna qꝫ illi cōmiſit. ꝛ philippā regis Anglie filiā dedit vxoꝛē. Is cū (ꝯiuge ſine ꝓle defūcta) nubere vlterius nollet. Jamqꝫ q̄nqꝫ ꝛ .l. regnaſſet annos. Ad extremū ſub impio Friderici populari tumultu ex regio ſolo deturbatꝰ eſt. Et Chꝛiſtoferus dux Baioarie ſibi ex ſoꝛoꝛe nepos in eiꝰ locū ſuffectus Qui auunculū ſuū. x. annis quibus ipe imꝑauit inſula gothica regnare ꝑmiſit. Chꝛiſtofero aūt ex hoc ſeculo abeūte datie ac Noꝛuegie Coꝛonā Criſtigerus accepit. Suedi vō in electione regis diſcoꝛdantes. Alij Carolum equeſtri dignitate inſignem. Alij Canutū eius frēm natu minorem regno ꝓficiunt. Pendente adhuc Electōnis negotio. Carolus immiſſis militibꝰ. Stocolnue opidū clā occubat. In quo regia ſedes hr̄. Canutꝰ ꝑ amicos arcē inuadit. hinc bellū inter fratres de regno oꝛtū. ꝛ pugna diu anceps occiſis vtrinqꝫ pluribus. ea demū lege inducie pacte. vt ꝑtas

eligendi Regem excluſa nobilitate plebi fieret. In qua cũ Carol⁹ gratioſior eſſet. Maieſtas regni ad eũ defert. Ca-nutus puatã vitã degit. Carol⁹ vo nouo regno tumidus atq̃ inſolens armatis nauib⁹ Heinricũ etate pfectũ. nulli noxiũ. ſibi ipi viuentẽ. e gothia ↄpulſauit. Qui etiã hodie in hũanis apud pomeraneos (vñ illi origo fuit) puo ↄten-tus vitã agere fert. quã ſint i certa mortalia. ⁊ quã inania ſuo exemplio docẽs. Qui trib⁹ potentiſſimis regnis exut⁹. nec puã inſulã (in qua decẽ annis delituerat vſq̃ ad mor-tem retinere potuit. etate pleniſſim⁹. Sed neq̃ Carolo ſce-lera ſua impunita fuere. Qui dũ xpi ecclias pſequit. Reli-gionẽ ↄtempnit. Sacerdotes diſpoliat. feſtos dies obſer-uari phibet. Jura diuina ⁊ hũana ↄfundit. a Johanne be-nedicti filio Walentiũ pſule viro cordato. ⁊ impigro. a quo nobilitas Regni excitata eſt. magno plio ſupatus eſt. ac re-gno pulſus in parua inſula non lõge ab oſtio Wiſtele exiliũ agit Chriſtigernus in locũ eius aſſumptus pietate ac iu-ſticia melior. itez tria Regna nr̃o tpe invnũ redegit. cui et gothia paret. gothoꝝ quondã ſedes. ac patria.

☞ Bohemoꝝ mõ res geſtas attingere. ac ſitũ referre lo-corũ ratio exigeret. Qui Saxonib⁹ ad meridiẽ iuncti ſũt. Multa apud eos etate nr̃a memoratu digna emerſerunt. multa plia geſta ſunt. mult⁹ ibi ſanguis effuſus. delete fun-ditus ciuitates. ſpreta ⁊ ↄculcata religio. Ex orta eſt huſſi-taꝝ hereſis adamitarũ pullulauit inſania. debachati ſunt thaboritaꝝ. ⁊ ornaphanoꝝ exercitus. duo fulmina belli Ryſka ⁊ pcopius puinciã ex arbitrio ſuo dirrupuere. Johã-nes. ac Hieronim⁹ pplm decepere. Inconſtãtienſi magna ſynodo demũ conbuſti. Jacobellus. Conradus. Rokaza-na. ⁊ Petrus anglicus euãgelij corruptores tanquã mgr̃i veritatis habiti. Quatuor Reges extirpare peſtiferũ virus non potuere. Wenceſlaus. Sigiſmund⁹. Albertus ⁊ Wla-diſlaus. q̃ apud eos veneno extinct⁹ credit⁹ eſt. Poſtremo

Georgius Rex creat⁹. q̄ huſſitaꝝ labe infect⁹ putaꝛ. magnus vir alioq̄n ꝛ reb⁹ bellicis clarus. Sed oīa hec in hiſtoria quā de Bohemis hijs dieb⁹ edidim⁹ ꝯſcripta ſūt. Ibi quoq; de ſitu regionis ꝛ gentis morib⁹ ꝑ capitu nr̄o mentionē fecim⁹. Inde igiꝛ aſſumendū erit. quicquid huic opi de reb⁹ Bohemicis de eſſe videbiꝛ. Nos ceptū ſequentes iter. Inferioris germanie ꝓuintias abſoluem⁹. deinde ad ſup̄iores reuertemur partes.

☞ Phriſones ad occeanū ſiti ab orienti Saxoniā ꝯtingunt. Ad meridiē weſtfalos. Ad occidentē Traiectentiuꝫ terre iunguꝛ quāquā ꝛ ipos Traiectēſes pleriq; Phriſones eſſe volunt. Inter quos Othonem inuenio phriſingēſis ecclie p̄ſulem. qui res germanicas haud imperite ꝯſcripſit. Albertus Epūs Maguntinus. q̄ fuldenſe monaſteriū erexit. cum Religionē chriſti ꝑſuadere phriſijs nitereꝛ ab eis interfectus. ꝛ martirio coronat⁹ eſt. gens eadē ferox et armis exercitata robuſti ꝛ p̄ceri corporis. ſecuri atq; intrepiti animi liberā ſe eſſe gloriaꝛ. q̄uis Philippus Burgundie p̄nceps ei⁹ ſe terre dn̄m vocet. Reuera libera phriſia ē ſuis vtens morib⁹. exteris nec parere ſubſtinet. neq; dn̄ari cupit. haud inuitus phriſo ꝑ libertate mortē oppetit. Dignitas in hac gente militaris inuiſa. Sublimē viꝝ q̄ ſe ceteris efferat n̄ ferṫ. Magiſtratos annuos eligūt q̄ rē publicā equo iure diſponāt. feminaꝝ impudicitiā ſeueri⁹ puniūt Sacerdotes ne aliena cubilia polluāt ſine ꝯiuge nō facile admittūt. Vix em̄ ꝯtinere hoīeꝫ poſſe ꝛ ſup naturā arbitranꝛ In pecorib⁹ oīs eoꝝ ſubſtātia ē. Ager plan⁹ ac paluſtri eſt. multo gramine fecund⁹. ligno caret. Bituminoſo ceſpite. et ſicco ſtercore boū. ignes fauēt Ex hac gēte tradit Cornelius tacit⁹ imperāte. Nerone duos legatos Romani veniſſe veritū. ac Malorigē q̄ pompey Theatꝝ intrātes. cū vidiſſent quoſdā cultu externo inṫ ſenatores ſedere. ꝛ intellexiſſent id honori eaꝝ gētiuꝫ legati dari. q̄ v̄tute ꝛ amicitia

Romana p̄colleret. nullos mortaliū aut armis aut fide añ
germanos eſſe exclamauerūt. ac digredientes inter p̄res cō
ſedere. Ob quā rem ambos. Nero ciuitatem donauit.
☞ Hollandria quoq̧ ꝓuintia germanie a ſeptētrione oc
ceano alluit̄ mari. Qd' reliquū ē Rheni fluminis brachia i
tercipiūt. Inſulāq̧ ꝯficiūt. paluſtris paſcuoſa pluribꝰ ſta-
gnis ac maris interfuſa ſinibꝰ Nec deſunt q̄ Traiectū No
bilē vrbē in hollādia ſitā dicāt. nobis haud alienū ē videt̄
aliqñ Phriſie Traiectēſes. aliqñ Hollādie traditos eē. vt
ſepe regionū terminos. dominantiū imperia mutant. nr̄a
quidē etate. neq̧ Phriſie. neq̧ Holādie dant̄. Principa-
tus eccl'ie traiecteñ impatori tm̄ ſubijcit̄. latāq̧ poſſidʒ ter
rā diuerſis Rheni meatibꝰ incluſaʒ. Cui ab oriēte phriſij
a meridie weſtfali iūgunt̄. hollādia Septētrionē excipit.
ab occidēte ducatꝰ Gelrie d' quo ſuo loco dicemꝰ Rheno flu
mine diſiūgit̄ Impitiſſime vō (ne dicā) fallaciſſime nōnulli
etate nr̄a Traiectū gallie natōis ciuitatē eē dixert̄. cū d' pō
tificis agerer̄ electōe. Nā quo pacto Traiectū gallie dabimꝰ
trās duo Rheni brachia ſitū. qñ ꝛ q̄ cis Rhenuʒ habitant
Colonieſes. Cliueſeſq̧ ꝯſtat eē germanos. Traiectētiū q̄p
pe ſitꝰ. mos Sermoq̧ germanicꝰ ē. Traiectū diues ꝛ po-
puloſa ciuitas ē. Epūs vrbis. xl. M. pugnatoꝝ ſi qñ neceſ
ſitas ingruit educit ad bellū. forma viris ac mulieribꝰ egre-
gia. Ab exteroꝝ incurſu. ꝛ aquaꝝ inundatōe ꝛ ꝓpa vtute
defendunt̄. potiꝰ gēti ceruiſia vinū mercatores affert̄. In
ea ciuitate memoria nr̄a multe ſeditōes fuere. cū Epm vni
ꝑti acceptā altera recuſaret. Deſideriꝰ aliqñ q̄tū epiſcopa
tū tenuit: d'inde a ciuibꝰ eiectꝰ Romani pontificis ꝛ vicinoꝝ
p̄ncipū aduerſus ſubditos auxilia iplorauit Illi dieſoldiaʒ
quēdā ꝯ ius faſq̧ ſibi p̄ſulē aſſūpſere. martinꝰ pō. max. ana
thēa i eos ꝓmulgauit. Cōtēpſere eccl'iaſticū gladiū obſtina
ti hoies expiri arma optuit. ingētes burgūdoꝝ ducis vicino
rūq̧ p̄ncipū cōpie aduerſꝰ traiecteñ ducte īfelicit̄ puguere.

Victor ꝯtumax ppl'ſ. ſeptẽ annis eccl'ie mandata cõtempſit. Deſiderius in exilio obijt. Canonici q̄ ꝓpter eũ patria pulſi fuerant Walramũ Morſenſem. archiepi Colonienſis germanũ ſucceſſorẽ elegerũt. Agitata eſt in ꝯſilio Baſilieñ cauſa. ꝯfirmata electio. Itez̄ dampnata in ſynode Traiectentiũ rebellio. Itez̄ fruſtra pugnatuz. Poſtremo miſſus ab Eugenio legatus Johãnes Coſoroneñ Epũs. q̄ poſtea ad cardinalatꝰ honorẽ vocatꝰ. Morinẽſis appellatꝰ ẽ. Cũ retuliſſet vnicã pacande ꝓuintie viã eſſe diefoldio ignoſci. eiq̄z gẽtis ꝑſulatuz cõmitti. Excluſo Walramo rebelli ppl'o ſatiſfactũ eſt. pulchre. ſane. nulle victis leges fauẽt. ſacroſq̄z canones potẽtia vincit Voluerũt Caliſti quoq̄z Impiũ eludere Traiectẽſes. Qui mortuo diefoldio epm ab eo datũ recipere recuſarunt. Sed apparatibꝰ Philippi Burgundie ducis. ac potẽtia territi. ꝛ ꝑmis conatibꝰ infeliciter vſi. furore depoſito paruerunt.

☞ In Othlandia nobile oppidũ. Friburgiũ vocant. In ꝑtate domus Auſtrie multis ſeculis fuit. Sz cũ Ludouico Sabãdie duci tantã pecuniã deberet. q̄ꝫtam nec ꝓuatim. nec publice diſſoluere ciues poſſent nr̃a demũ etate. ꝛ dux Fridericꝰ Impat in ius Sabaudienſiũ factuz eſt. Quo in loco ꝛ ſermo germanicus terminatᷓ.

☞ Ultimi germanoꝝ ad ſeptentrionem ꝛ occidentẽ verſi holãdrini ſũt inſulares ppl'i Rheni hoſtijs obiecti inᷓ quos ꝓcipue. Doldracẽſes habentᷓ. Ea ciuitas ẽ egregie munita diues opuz. negotiationiq̄z maxime accomoda. cuiꝰ haud puã pᷓtẽ anno ſupiore incendiũ abſumpſiſſe relatũ eſt. Incuria ciuiũ id eueniſſe ꝯſtat. quãq̄z pleraq̄z miracula referuntᷓ. que ꝑtereo. q̄z non ſatis digno teſtimonio comprobatᷓ. Eſt ꝛ Brielũ oppidũ nõ ignobile aq̄s circũdatum. In q̄d etiã mercatores multis nauibꝰ applicant.

☞ Non trãſibo nũc Rhenũ germanicas. que ibi habitãt gẽtes cõmemoraturꝰ. dabitᷓ ſuo loco de hijs quoq̄z dicẽdi

facultas. ꝓſequar veteris. ac certe germanie pplos. et qui iungunt vl' Traiectenſib⁹ vel Phriſijs ad meridiẽ expediã weſtfalia Rheno fluuio ab occidẽti clauditur. Viſurgi ab oriente quẽ Viſcera hodie vocãt. a ſeptẽtrione Phriſiã hȝ et Traiectentiũ terrã. meridiẽ haſſie mõtes excipiũt. quos abnobos Ptolome⁹ appellare videt. Ex q̃b⁹ amaſis fluui⁹ orit. Qui padeburnã ⁊ Monaſteriũ nõ ignobiles ciuitates alluens mediã ferme ꝓuintiã interſecat. ⁊ p' Phriſiam defluens fert in mare Salas quoqȝ fluui⁹ weſtfaliã irrigat Int' quẽ ⁊ Rhenũ. cũ druſus germanic⁹ belligeraret. domitis hoſtib⁹ victor oppeciit. Q̃uo aũt cultores huius terre vocauerit antiq̃tas. difficile dictu eſt. diſcordantib⁹ autoribus. Strabo vicinos Rheni accolas hoc loco ſygãbros appellare videt. q̃ duce melone cũ Romanis bella geſſere. victiqȝ datl obſidib⁹ pacẽ obtinuere. Quis calcata fide. ac ꝑditis ſi obſidib⁹ rebellarũt. Ptolome⁹ quoqȝ a pte ꝑmuȝ ſeptẽtrionali germanie circa Rhenũ fluuium Buſſactores habitare tradit ꝑuos appellatos. Sicambros oquenos ⁊ longobardos. Inuenio apud Strabonẽ circa amaſim fluuiũ Bructeros habitaſſe. quos druſus nauali ꝓlio ſuꝑauit Bructeros aũt bello victos ab auſtro in aquilonẽ. ⁊ occeanũ dilapſos. Ob quã rem ꝯiectura capere poſſumus. hos eſſe q̃ hodie pruteni appellant. Aquilonares ppli. d' q̃bus ſupra diximꝰ. facile nãqȝ Bructeros in prutenos ſmo cõuertit. Carol⁹ magn⁹ multa cũ weſtfalis ꝓlia geſſit. eoſqȝ magnis afflixit cladib⁹. coegitqȝ xp̃i religionem amplecti. Relicto Idoloꝝ cultu. quã cũ ſepi⁹ abnegaſſent. nec iuſiurandũ aduerterẽt. vt metu pene rebellionẽ cõpeſceret. occultos inſtituit iudices. q̃bus ptatez dedit. vt quã ꝑmũ deieraſſe. aliquẽ cõperiſſẽt. aut fregiſſe fidẽ. aut aliqd' alid' flagitiũ cõmiſiſſe. Mox illũ ſupplitio afficerẽt. vbi ꝑmũ comphendi poſſet. nulla citatõe ꝑuia. aut defenſione ꝑmiſſa. Elegit viros graues. ⁊ recti amãtes. quos plectere innocẽtes

haud veriſimile fuit. Terruit ea res weſtfales. ac demũ in fide ꝯtinuit. cũ ſepe in nemoꝛibꝰ ⁊ ꝓceres ⁊ mediocres viri la-queo ſuſpenſi inuenierent᷑. Nulla accuſatõe prius audita. Querentibꝰ tñ cauſam ꝯſtabat fregiſſe fidẽ. aut magnum aliqđ ſcelꝰ cõmiſiſſe. q̃ necati reperiebant᷑. Id iuditium vſq; ad nr̃am ꝑdurat etatẽ. vocaturq; vetitũ. Qui ei p̃ſũt Scabini appellant᷑. quoꝝ ea p̃ſumpſio eſt. vt ꝑ totã germaniã juris dictionũ extendere velint. Secretos habẽt ritꝰ. ⁊ arcana quedã quibꝰ malefactores indicãt. Ea nõ dum q̃ſquã reptus eſt. q̃ vel p̃tio vel metu reuelauerit. Ipſorum quoq; Scabinoꝝ magna ꝑs occulta eſt. q̃ ꝑ ꝓuintias diſcurrentes. criminoſos notant. ⁊ inferẽtes iuditio accuſant. ꝓbãtq; vt eis mos eſt. dampnati deſcribunt᷑ in libꝛo. ⁊ minoribus Scabinis cõmittit᷑ executio. Reus ignarꝰ ſue dampnationis vbicũq; reptus fuerit ſupplitio afficit᷑. degenerauit aũt hoc iuditiũ. Nã ⁊ viles alique ꝑſone admittunt᷑. ⁊ ciuilia negotia tractare audẽt. quibꝰ erat ſolũ de criminalibus ꝑmiſſa p̃tas. In hac ꝓuintia nr̃o tpe Suſacẽſes ab eccl̃ia Colonieñ deſtuere. nec diutino vexati bello. multiſq; cladibus affecti ⁊ obſidione ꝑtinaciſſima oppugnati ad obedientiã rediere. Cuiꝰ rei cauſa. ⁊ Theodericꝰ Colonienſis antiſtes. q̃ weſtfaloꝝ p̃nceps hr̃. Et Johannes dux Cliuẽſis. nõ ꝑuis inter ſe odijs ꝯtendere. Cũ Suſacẽſes ad Cliuenſiũ opem ꝯfugiſſent. Colonieñſis Saxonie duces ⁊ non paruã Bohemoꝝ manu in auxiliũ accerſiſſet. Apud Monaſteriũ quoq; eiuſdẽ ꝓuintie ciuitatẽ ꝓpter eccl̃iam quam Walramus Theodori frater ſibi debitã exiſtimabat acriter dimicatũ eſt. In quo bello multis hoſtiũ ceſis. Unus ex p̃ncipibꝰ Bꝛunſuicenſibꝰ. q̃ dux copiaꝝ fuit interceptꝰ eſt. et in p̃tate Coloniẽſis Antiſtitis factꝰ. Eſt aũt weſtfalia regio admodũ frigida. neq; frumenti abũdans. pane vtunt᷑ nigro. ceruiſia potꝰ eſt. Uinũ qđ Rheno vehit᷑ magno emitur ꝑcio. opulenti tñ eo vtunt᷑. Ideq; raro. ppl'ſ martialis

eſt. ⁊ ingenioſus de quo ꝓuerbiū eſſe dicūt. vicioſos ac fal
laces weſtfaliā facili⁹. quā ſtultos gignere. hic qm̄ Theo-
dorici mentio incidit. non eſt ab re pauca de eo referre. cui
int̄ viros Illuſtres noſtri ſeculi nemo locū negauerit. Ori
go ei⁹ ex familia Morſenſi apud germanos ꝑncipes ho-
noratiſſima fuit. Tres fratres habuit. q̄ oēs ſupra. lx. an-
nū vixere. Heinric⁹ natu maior paternū ꝑncipatū guber-
nauit. Iohānes Monaſterienſem eccliam multis annis vſ-
qꝫ ad exitū vite ſue ſumma cū laude adminiſtrauit. Walra-
nius ⁊ ad Traiectenſem eccliam ⁊ ad Monaſterienſem de
functo fratre neqꝫq̄ꝫ aſpirauit. Quis ad Traiectū ꝯcilij Ba
ſilienſis fauore ⁊ ad Monaſterienſem Nicolai pontificis in-
ſtitutōe vteret̄. Theoderic⁹ ipe cū Bononie iuri pontifico
opam daret a Iohāne. xxiij. ſūmo ſacerdote Colonienſeꝫ
eccliaꝫ obtinuit. cui iā. vj. ⁊. xl. annos n̄ ſine plebis ac no-
bilitatis magno fauore pfuit. Qui ⁊ ſi plurima ꝓ defenſio
ne eccliē ſue vario euentu bella geſſit. In q̄s mō ſtrenui mi
litis. mō fortiſſimi ducis officiū impleuit. nunquaꝫ tn̄ domi
ac Sacerdotalia munia. aut ciuilē adminiſtratiōeꝫ negle-
xerit Corpe pulchro. ⁊ ſupra oēꝫ ſtaturā eminenti. aio ma
gno. ⁊ ꝑ liberali. cui⁹ palatiū illuſtrib⁹ ſꝑ hoſpitib⁹ patuit.
☞ Inter weſtfalos ac frācones haſſia iacꝫ mōtana regio. q̄
a rheno i ſeptētrionē porrecta Turingie iūgit̄ ꝑnceps gētis
Ludouic⁹ lādgrafi⁹ etate nr̄a ad impiū vocat⁹ Imparē ſe
eē dixit q̄ tāte rei molē ſuſtinere poſſꝫ Maluitqꝫ ſuo imꝑio
a parētib⁹ ſibi relicto vtilit̄ p̄eſſe. quā magnū accipiēs diſſi
pare Id quoqꝫ ſibi obſtare ad rē chriſtianā gerendaꝫ dixit
qꝛ lr̄as ignoraret. fuit tn̄ legū cultor. quas ſibi patrio ſmo
ne exponi iuſſit Quotiēs corā eo cauſa vētilata ē. nec vnqꝫ
comptus ē vnquā tuliſſe ſentētiā. h dū reformatur⁹ mona
ſteriū quoddā ſue ditōis ingredit̄ ⁊ inuitat⁹ cū Monachis
edit. Venenū ꝓ cibo niterededū ſuſpiſſe credit⁹ ē. Nā ⁊ ipe
et Abbas q̄ reformatōeꝫ petierat paulo poſt extīcti ferunt̄

☞ Francia huic ſuccedit. nobilis ſano ꝓuintia. ⁊ admodū
potens ab incolatu francoꝝ ſic appellata. Franci quidem
Troiani ab origie fuerāt. q̄ deleto Jlio duce p̄amo p̄ami ex
ſorore Nepote. ꝑ pontū Euxinū. in meothidas paludes i
Scythiā ꝑuenere. Jbiq̨ ciuitatē edificarūt. quā vocauere
Sycambriā. ex qua dicti Sycambri. Cōſtat em̄ poſt eui-
ctā incenſamq̨ Troiā q̄ ſup fuerūt excidio. in tres turmas
diuiſos in exiliū ꝓfugiſſe. ⁊ alios quidē Enea duce Jtaliā
petiuiſſe. a quib⁹ Albani ꝓdierūt. ⁊ deinde Romani. q̄ or-
bis Jmꝑio potiti ſunt. alij ſub Anthenore ꝑ medios achi-
uos elapſi. Jlliricos penetrauere ſinus. ⁊ Regna Liburno
rū ad intimū hadriaticū pelagus acceſſere Vrbemq̨ ꝯdi-
dere patauiū. vbi ſepultū Anthenorē tradūt. q̄ enetuz fu-
gas ſecū duxit. a quib⁹ poſtea dicti Veneti. Quoꝝ ē hodie
ingens ꝑtas terra mariq̨. Tertij vt diximꝰ in Scythiam
penetrarūt. Quo in loco in magnā gentē coaluerūt. Cūq̨
Scythaꝝ multi Romano Jmꝑio ſubiecti eſſent. ⁊ ipi quo
q̨ tributa penderūt. manſeruntq̨ vectigales vſq̨ ad tpa
Valentiniani ceſaris. Quo Jmꝑante Alani Jmperiū ve-
xare ceperūt. Jmꝑator v̊o ꝓpoſito edicto libertatē indecē-
niū eis ꝓmiſit. q̄ Alanoꝝ ferocitatē compeſcerent. Jllecti
eo p̄mio Sycambri arma ſumpſerunt. Alanoſq̨ bello vi-
ctos deleuere. Ob quā rem libertate in decenniū ab Jmꝑa
tore donati ſunt. ⁊ mutato noie. franci appellati. quod at-
tica lingua. ſiue feroces ſiue nobiles ſonat. Jtali frācos li/
beros vocāt. Exacto decennio. Cuz romani ſolita tributa
repeterēt. franci ob ipam libertatē effrenes facti parere re-
cuſauerunt. Principes eo tpe francis fuere p̄amus ⁊ An-
thenor antiqui nois ac virtutis. Quib⁹ copias ductanti-
bus prelium cum Romanis ꝯſertum eſt. in quo p̄amus ipe
cum fortiſſimis ſue gentis cecidit. Qui cladi ſuper fuerunt
ex Scythia digreſſi ſunt. ⁊ in germaniam profecti. in parti
bus Turingie conſederunt cuz prinncipibus ſuis priami ⁊

anthenoꝛis filijs Marcomede ſcʒ ⁊ Sunone. Suno ſine
liberis deceſſit. Marcomedi filius fuit faramund⁹. quē ſibi
franci regem creauerunt. ⁊ hic ꝑmus inter francos regna
uit. huic filius fuit clodius Crinitus a quo francoꝛuʒ reges
criniti ſunt appellati. Per idem tꝑs Gothi. qui iā vrbē Ro
manā irruperant. vltra ligerim fluuiū in Gallia. Sedes in
uaſerunt. Burgundiones quoqʒ iuxta Rhodanū habita
bant. q̄ ⁊ ipſi paulo poſt Reges habere ceperūt. franci vero
traſmiſſo Rheno. Romanos q̄ ea loco tenebāt fugauerūt.
paulatimqʒ aucti potentia. Maguntiā. Treuerim Agrip
pinam. Toꝛnacum. Cameracū. Remos. Sueſonā. Aure
lianū inuaſere. Ita vt ab Aquitania vſqʒ in Baioariā im
periū extenderent. Glodoueo aūt moꝛtuo Meroueus ſuc
ceſſit filius. A quo franci Meroningi dicti ſunt. Poſt Me
roneū. Hildericus regnum adeptus. dū luxurioſe viueret
a ſuis pulſus eſt. Romano Egidio in ei⁹ locū ſuffecto. Hil
dericus regno ꝓuatus. ad Biſinū Turingie Regeʒ ꝯfugit.
cuius ꝯiugem ꝑ adulteriū polluit. Poſt octo aūt annos re
uocat⁹. Agrippiā inuadens. Eiectis deinde Romanis ma
gnam regni ſui ꝑtem recuꝑauit. Moꝛtuo aūt Egidio filius
eius Syagrius in ciuitate Sueſona regnauit. Biſina aūt
Regina cū accepiſſet Hildericū regnum recuperaſſe. Reli
cto viro ad eum ꝯfugit A quo recepta. ⁊ ꝑ coniuge habitā
Glodoueū ei peꝑit. Qui poſtea Regnum adeptus ꝑmus
francoꝝ regum xp̄i religionem accepit. A beato Remigio
Epiſcopo baptizatus. Illud aūt veritate caret. qđ pleriqʒ
tradunt. Agrippinā ab incolatu francoꝝ vocatā Colonia
Nā priuſquā franci germaniam intrarēt Colonia Roma
noꝛum appellata eſt. a Claudio ceſare ꝯdita. ⁊ ab eius ꝯiu
ge Agrippina nuncupata. fuerūt int᷑ Glodoueū ac Sya
grium aliquot bella. Poſtremo victus Syagrius ad Ala
ricum Gothoꝝ Regē ꝯfugit qui nonus a magno Alarico
regnabat. Repoſcit᷑ a Glodoueo Syagrius. atqʒ obtent⁹

occidit. Romani quoqꝫ reliqui ꝑ galliam habitantes exter
minant. Clodoneꝰ Alemannos ſibi ſubiecit. Gothis quo
qꝫ ⁊ Aquitanis bellum indixit. eoſqꝫ ſupauit. Occiſo Ala-
rico Rege. fertur cū ad bellum ꝓgrederet. ſi victor euade-
ret equum beato Martino vouiſſe qui. xij. ⁊ centum annis
ante id tp̄s vita exceſſerat. Victoria potitus equum tradi-
diſſe. eumqꝫ. c. ſolidis redimere voluiſſe. Stetiſſe equū im-
mobilem. donec preciū duplicaretur. Qua ex re dixiſſe Re
gem ferunt. Martinum bonum auxiliatorem eſſe. negocia
torem earum. hic Clodenus vxorē duxit Clodoſnidam fi
liam Regis Burgundionū. que cū eſſet chriſtiana. adhuc
ei pagano. iuncta eſt. magniſqꝫ precibus virum orabat vt
baptizaret. natoſqꝫ filios Clanculū baptizabat. Cauſa āt
que Clodoueū chriſtianum fecit eſſe fertur. Quia cum pu
gnaret contra Sueuos. ⁊ pene victus eſſet. votum vouit
chriſtianū ſe facturum. ſi ex prelio euaderet. Obquā rem
mutata fortuna. ex victo victor factus. Subactis Sueuis
Chriſtiani religioni ſe credidit. Cuius poſteri in frātia vſ-
qꝫ ad pipinū nonū p̄rem Caroli magni regnauerūt. Tūc
vero Hilderico ſcd̄o ꝑ ignauiam Regnum ademptum eſt.
Detonſo em̄ eo ⁊ in monaſterio retruſo Pipinus Regnū
accepit. Erant tunc in francia maiores domus. qui regnū
gubernabant. Anno dn̄i Septuageſimo decimo mortuo
Dagoberto minore francoꝝ Rege filius eiꝰ paruulꝰ in tu-
tela Pipini groſſi. quem alij Anſgigi filiū dicunt in tutela
fuit. ⁊ ꝑinſidias perijt. Tunc Gerimoaldus filiꝰ legittimꝰ
Pipini groſſi Regnum aſſurpans. dagoberti Regis defū
cti captus in cuſtodia obijt. ꝑ idem tp̄s Galli. qui intra ſe-
quanā ⁊ legerim fluuiū habitabant. Aduerſos frācos bel-
la mouere. ⁊ vſqꝫ Maguntiā excurrētes eam ciuitatē obſe
derunt. Franci Rege carentes Carolū martellum ad Re-
gnum ſublimare voluerūt. Qui regnū renuens Ducatum
accepit. golloſqꝫ bello repreſſit. Prouintiā vero inter lige-

rim ⁊ ſequanā. que tunc gaudina vocabat᷑. abſe carlingaz
vocari iuſſit. Quod poſtea apud Theutonicos diu ſerua-
tū. hic Carolꝰ ex Adelheida nobili ꝯcubina Pipini groſſi
filꝰ fuit inclitus vir. ⁊ bello potens. q̄ multa Sarracenoꝝ
milia gladio interemit. Et pr̄ fuit Pipini nani. q̄ Carolum
magnum genuit Imperatorem toti orbi cognitū ex con-
iuge Berta quam duxit ex gretia. Hoc ergo francoꝝ ge-
nus. Cum e Scythia in germaniam veniſſet. ibiqꝫ diu cō
ſediſſet germanicum effectum eſt. adeo vt tota ferme gal-
lia. ⁊ magna germanice pars. a montibus pirrhencis vſ-
qꝫ ad Ponnonie terminos frantia. diceret᷑. Nam. quicq̄d
francis ſuberat. frantia vocabatur. Ea in duas partes di-
uiſa fuit. Naz quod eſt gallie occidentalis frantia dicebat᷑.
Quod eſt germanie orientalis. ⁊ germaniam quidem ea
tenus extenderunt. quante ſermo germanicus protendit᷑.
hec gens ſub Carolo magno Romanū Imperiuz meruit.
Qui afflictam longobardico bello ſedē appoſtolicā ꝯſola-
tus eſt. Carolus em̄ ꝗuis gallie potiretur Impio. Germa
nus tñ fuit in germania natꝰ alituſqꝫ. Cuiꝰ ſedes pleruncqꝫ
in Aquiſgranio fuit. Que ciuitas theutonica ē. Ibi pala-
ciū eiꝰ. ⁊ caput oſtendit᷑. Eiꝰ poſteri imperiū tenētes in gal
lia ⁊ in germania regnauerūt. Deficiente aūt maſculina li
nea Impiū ad Germanos. i. ad frācos orientales rediit.
Int̄ quos primꝰ habitꝰ eſt Otho. Eſt aūt Impium apud
Germanos. non eo mō. vt nemo imperare poſſit niſi ger-
manꝰ. Sꝫ qm̄ Impatorez autoritas germanis tradita ē.
Pleruncqꝫ germanꝰ eligit᷑ eā obcauſam. cū vacaſſet Impiū
p obitū Ludouici Boſonis filij. Germani (quoꝝ ea pote-
ſtas erat) germanū elegerunt ⁊ francum ex orientali frātia
hec p̄miſiſſe voluimꝰ. qm̄ de franconia ſermo incidit. Sūt
em̄ multi qui francos eos ſolummodo eſſevolunt qui circa
Pariſius habitant. et illis datū Impium eſſe volūt. quos
rectius Francigenas quis appellauerit.

☞ Franconia vͦ vt noſtra etate recipit᷑ a meridie ſueuis
et Baioarijs iungit᷑. ab occaſu Rheno. ab ortu Bohemis
ac Turingis. Septentrionē. Idem Turingi haſſiq3 exci-
piunt Prouintiā ꝑlabitur. haud ignobilis amnis. quē mo-
ganum vocant. Ptolomeꝰ hunc fluuiū obrincam appella
re vr̄. q̄ ſupiores germanos ab inferioribꝰ eundem diuide
re affirmat. neq3 eñ alius fluuius eſt. qui eā diuiſionē apti
us quā moganus efficere poſſit. ⁊ hodie quidez inferiores
germani vſq3 ad Maguntiā ꝓcedunt. Abinde ſupiores vo
cant᷑. Moganus vͦ ex montibꝰ Bohemie ortus a regio-
ne Maguntie in Rhenū exonerat᷑. Ob quā rem nō defue
runt. q̄ Maguntiā. Moguntiā a Mogono fluuio dicerēt.
Perlabit᷑ idem fluuius nō paucas ciuitates. quaꝝ illuſtrio
res ſunt Herbipolis. ⁊ Franckfordia. In Herbipoli nobi
lis Epiſcopi ſedes eſt. q̄ ⁊ francoꝝ dux ħr. ⁊ cū rē diuinam
facit. gladiū in altari nudū an̄ ſe habet. Franckfordia no-
bile emporiū eſt. In quo ſuperi cū inferis germani ꝯueniūt
Bis ſingulis annis. Ibi quoq3 imꝑator eligit᷑ ex veteri cō-
ſuetudine. Ob quā rem palā eſt. Imperiū datum eſſe Ger
manis. qñ inter eos eligit᷑. ⁊ coronat᷑. ⁊ ſi demū ad culmen
glorie Rome quoq3 diadema ſuſcipit᷑. Et in Frāconia no
bilis ecclīa Bambergēſis ad pognitiū. amnem ſita. quam
fundauit Heinricꝰ ſcōs imꝑator. quez accole religioſe co-
lunt ⁊ ſanctū habent. Ibiq3 Berengarius ſepultꝰ eſt. Qui
regnū Italie vſurpauit. ⁊ ab othone p̄mo captꝰ in germa
niam ductus illuc exulans obijt. Supra ciuitatez in edito
monte. Arx eſt ⁊ natura ⁊ arte munita. In qua nos aliqñ
cum ep̄o loci prandiū fecimus. Albertꝰ nobiliſſimus fran-
corum Comes. ⁊ Othonis Saxonie ducis ex filia nepos
Cū Conradum comitem occidiſſet. q̄ Ludouici Regis fu-
iſſe filius dicebat᷑. in hanc ſe arcem ꝯtulit. ⁊ aliquandiu re-
gis obſidionē ꝑtulit. Difficilis expugnatio loci videbatur.
Ad quam rem ad dolos recurſum eſt. Otho Epiſcopus

Maguntinꝰ miniſter ſceleri inuentꝰ eſt. Qui ꝑfectꝰ ad Al
bertū litis arbitrū ſe dixit. Rogauitqꝫ Albertū ad Imꝑato
rem in caſtra deſcenderet. qꝛ vel pacem ei daret. vel in ar-
cem reduceret incolumē. Credidit Albertus. ⁊ accepta iu-
riſiurandi religione Othonem ſecutꝰ eſt. Vix arcē egreſſi
erant. cū Otho vereor inquit ne diu apud Imꝑatorē mo
rari oporteat. Utilius fortaſſe ꝯſiliū erat ꝑus ſumpſiſſe ci-
bū laudauit Albertꝰ v̄ba ꝯſulis. ⁊ in caſtellū rediēs Otho
ni prandiū dedit Quo ſumpto ad Imꝑatorem cū eo pre-
xit. vbi mox captꝰ eſt. ⁊ capitali ſententia damnatus. Cui
Archiepi fidem imploranti. Reſpondit paꝝ religioſus pō-
tifex ſe fidei ſatiſfeciſſe. q̄ ſemel reduxiſſet incolumē tum ad
prandiū introiuit. Bis reducere nō ꝑmiſiſſe. Infelix Alber
tus gladio obtruncatꝰ eſt. Melius Romani. q̄ pari fraude
vſum vnū ex captiuis ab Hannibale Romam miſſis vin-
ctum remiſere. fraus em̄ vt inquit Maximꝰ Orator aſtrin
git piuriū. non ſoluit. Predia que Albertus habuit ecclie
Bambergenſi poſtea ceſſerunt. Eſt aūt Franconia partim
plana. partim montoſa. montes ipſi haud difficiles ſunt.
Ager nō admodū pinguis. Nā plerūqꝫ arenoſus eſt. mul
tis in locis ꝯſiti colles vineis gratū ꝓducunt vnū. maxime
v̄o apud Herbipolim. multe ſilue. ⁊ multa venatio eſt. ter
ra in multos partita eſt dn̄os. Quis Epm Herbipolenſes
ducem franconie dicāt vt añ relatū eſt. Maguntina ecclia
et Bambergenſis plurima optinent loca. Palatinꝰ quoqꝫ
Comes haud paruā occupat partem. Marchiones Bran
deburgenſes tanquā Burckgrafy Norimbergenſes potē-
tes in ea ſunt. Multe ꝑterea ciuitates Imꝑiales apd̄ Frā-
cones florent. De Norimberga dubiū eſt Frāconie an ba
ioarie cedat. Ipm nomen indicat ad Baioarios vrbē ꝑti-
nere. Norimberga em̄ Noricū montē ſignificat. Ob quā
rem patet. Noricoꝝ ciuitatē fuiſſe. Noricis aūt Baioarie
ſucceſſere. ⁊ nūc ea portio terre Baioarie que int̄ danubiū

et Noꝛimbergā iacet. Noꝛicū appellatᷣ. Ciuitas tn̄ in par
rochia Bambergēſi eſt. que ad Frācones ꝑtinet. Ipſi No
rimbergenſes nec Baioarios nec francones videri volunt
Sed tertiū quoddā ſeperatū genus. Vrbs ea nobilis ma
gnificis opibus publicis ac ꝑuatis oꝛnata eſt amne pegni
tio interlabitᷣ. in agro ſceliri ꝛ arenoſo ꝯdita. atq; ob eā rē
induſtrioſo pp̄lo. Om̄es em̄ aut opifices ſūt. aut negotia
toꝛes hinc multe illis diuitie. aut magnū in germania no
men. Aptiſſima Imꝑatoꝛem ſedes. libera vrbs ꝛ in medio
ferme germanie ſita. Intᷣ Bābergā ꝛ Noꝛimbergā foꝛchē
iacet. famoſuz niueo pane oppidū Incole patria fuiſſe pi
lati falſo putāt. In hac ꝓuintia Fridericꝰ Marchio Brā
deburgēſis potētiſſimꝰ fuit. Imꝑatoꝛi Sigiſmūdo intᷣ ca
ros amicos habitꝰ. Ei quatuoꝛ filij fuerūt. Johānes. Fride
ricꝰ Albertꝰ. ꝛ altᷣ Fridericꝰ. Joanni q̇ pͥmogenitꝰ eēt. Ele
ctoꝛatꝰ Imꝑerij debebatᷣ. Sz iudiciū p̄ris Fridericū ꝓtulit
q̇ ſcd̄o genitꝰ erat ꝛ aptioꝛ ad obeūda Imꝑerij munera vi
debatᷣ. Pͥus itaq; quā moꝛieretᷣ hereditatē ſuā intᷣ filios di
uiſit. Fridericū electoꝛē inſtituit. neq; male iudicauit. Nam
Fridericꝰ intᷣ pͥncipes Germanie ſapientia clarꝰ habitꝰ eſt
Cuiꝰ ꝯſilio multe ſepe ꝓuintie pacate ſūt. Iuſti quoq; ac ho
neſti tenax hr̄. Qui cū poſſet Regnū polonie ꝯſeq̄ ꝑ electio
nē Baronē recuſauit (vt an̄ diximꝰ) ne vͦo heredi iniuriam
faceret. Albertꝰ vͦo germanꝰ eiꝰ cū Noꝛimbergēſibꝰ bellū
intuliſſet. oēs ferme Theutonie pͥncipes traxit. Ciuitates
vͦo Noꝛimbergēſibꝰ ſuppetias miſere graue. i. atrox bellū
fuit. In quo tot potētie ꝯcurrētes in feſtiſſimis odijs bien
nio certauere. Nouē ꝓlia cōmiſſa feruntᷣ. Ex q̇bus octo vi
ctoꝛ Albertꝰ ꝯfecit. In vno tātū victꝰ ſuccubuit. nec de pa
ce ꝯuenit. niſi poſtquā exuſtis agris. attritis villis. ab actis
pecoꝛibꝰ. ruricol' interfectis cōmeatꝰ ac pecunie ꝯtendētibꝰ
defuere. Tū quoq; pax ex Alberti ſentētia magis dicta. hic
Albertꝰ ab ipſa pueritia ac teneris vt aiunt vnguicul' educatꝰ

in armis. pluribꝰ interfuit p̃lijs. quã alij ſui tp̃is duces. aut viderint aut legerint. Militauit in Polonia. Pugnauit in Sleſia. Caſtra poſuit in Pruſſia. Hoſtes in Bohemia fudit. Nullꝰ in germania terre anguꝰ. quē nõ calcarit armatus. duxit exercitꝰ innumerabiles. Proſtrauit ferociſſimos hoſtes. expugnauit munitiſſimas vrbes. Incõgreſſibꝰ pugnã p̃oꝛ inijt. Victoꝛ a p̃lio exceſſit. Vltimꝰ in oppugnationibꝰ oppidoꝝ. ſepe muꝝ p̃mus aſcēdit. Ad ſinglare certamē crebꝛiꝰ a vicinis inuitatꝰ nũquã detrectauit. Nec vnquã nõ ſtatuit hoſtē. In militaribꝰ ludis (q̃bus haſta ꝯtēdit) vnus oim̃ repertus eſt. q̃ nũquã equo deiectꝰ ſit. ⁊ om̃es in ſe currētes deiecerit. Ex toꝛneamētl nũquã nõ victoꝛ exiuit. Septies ac decies ſolo tectꝰ clipeo. ac galea. cetera nudus (vt eſt apud Theotonicos duelli quedã ſpēs) in p̃uocatores parit armatos. acuta lancea incurrit. nullo vnquã damno affectꝰ. cũ aduerſarios nũquã ip̃e ñ equo deturbauerit. Quibꝰ ex rebꝰ nõ iniuria Theutonicꝰ achilles appellatus eſt. In quo nõ ſolũ militares artes. ⁊ Imp̃atoꝛie v̓tutes ſingulari quadã gratia reluxere. Sed nobilitas quoq; generis. proceritas coꝛpoꝛis. at venuſtas. ⁊ viriuꝫ robur. ac facundia lingue. admirabilem eum ac pene diuinũ reddidere.

☞ Baioaria ad oꝛtum eſtiuum. ac meridiei partem. Frãconie proximat. Ea quoq; plana et diues terra eſt. Cui ad meridiem alpes Italie iunguntur Sueui occidentem eius ſolē recipiũt. Auſtrales orientē. ac Bohemi Septētrionē. Danubiꝰ mediã ferme plabit inter Auſtriã. ac Baioariã. alij Anaſum. alij Enum terminũ poſuere Sueuos a Boiarijs. licius diſterminat amnis. Hanc olim regionem norici tenuere. Cuius adhuc poꝛtio trans danubiũ ſita (vt ante diximus) Noꝛicuꝫ appellatur. Boioarij aũt vñ dicti ſũt et vñ originē traxerint. nõ facile dixerim. Verꝫ cũ reperiã vetuſtiſſimos codices. Boioariaꝫ appellare. quã moderni

Bauariã dicunt. nõ difficile trahoꝛ. vt Baioarios. a bois
dictos. gallicã fuiſſe olim gentem credã. huic oppioni ſtra
bo. v. cõmentario fidem adhibet. ita inquiens. Priſci igiť
vt dixi tꝑibus plurime galloꝝ gentes fluuium incolebant.
de pado loquiť. e q̇bus ampliſſimi fuerãt boi. inſubꝛes. ꝛ q̇
olim cum geſatis Senones Romana ꝑ imperũ potiti ſunt
vrbe. hos Romani poſterioꝛibꝰ annis funditus deletos ꝑ
diderunt. Baios vͦo e finibus eiecerunt. Inde migrantes
circũ adiacentes hiſtro locos cũ thauriſtis habitarũt. bellũ
aſſidue ꝯtra dacos agentes. Cõſtat igiť Baios in panno-
nia ꝓſediſſe. Quo ex loco facile ſucceſſu tꝑis in Noricũ cõ
terminã regionem migrare potuerunt. Idem quoqꝫ Stra
bo. lacũ. Qui mõ Conſtantienſis appellať deſignãs pau-
lulum ab eo diſtare. Rhetios ait. Amplius heluetios. ꝛ vin
delicos. deſertã aũt Boioꝝ regionem eſſe affirmat vſqꝫ pã
nonios. Ob quã rẽ ſatis indicat. Baioarioꝝ terrã a Bo-
is cultã fuiſſe. Idẽ Strabo Germaniã deſcribens. Boios
ꝑus hirciniã habitaſſe ſiluam aſſerit. ꝛ cymbꝛos agmine fa
cto eoꝝ inuaſiſſe locum atqꝫ a Bois reiectos fuiſſe. Itaqꝫ
ſatis ꝑſuaſum eſſe ꝑt. Baioaricũ nomẽ ex bois deſcendere
Ager enĩ eoꝝ trans danubium. hirciniaꝫ ſiluã non parua
ex ꝑte occupat. Ea nunc germanica gens eſt ſermone vtẽs
Theutonico. neqꝫ deſerta regio vt Strabo tradit. qđ ſuo
fortaſſe tꝑe fuit. nũc cultiſſima eſt magnas ac ambicioſas
ciuitates habens. ꝛ oppida nobiliſſima. Quoꝝ ſplendoꝛẽ
neſtinius tota Europa. que vincere poſſint. Pontificales
vrbes q̇nqꝫ in ea ſunt. Quaꝝ vna metropolitica ẽ Saltz-
burgam vocãt ex flumine cui adiacet. Veteres inuaniã vo
cauere. In Baioaria Ludouicus Ludouici filius Gibbo ꝛ
ſtruma defoꝛmis. impia ꝯtra pr̃em bella ſuſcepit. Venerã
dumqꝫ ſenem. ꝛ autoꝛitate inſignem. q̇ quondã regnũ frã-
tie gubernaſſet in arce munitiſſima obſedit. Sed ſuperis
vltionẽ tanti ſceleris petentibꝰ. ꝑus febꝛe ꝑcuſſus occubuit.

quam patris animum in ſuam traheret ſententiam. Ille in poteſtatem Henrici eiuſdem familie ducis poſtea factus/ breui tempore vitam finiuit. Nec Henricus diu ſupuixit. Qui cum ꝓhibuiſſet ſubditos in anno jubileo Romam pe/ tere. Veritus ne ꝓuincia pecunijs exhauriret. eodem mō ad patres ſuos additus eſt. Succeſſit ei Ludowicus filius ex ſorore Alberti Ceſaris natus. magni animi adoleſcens: glorie cupidus: ⁊ pecuniaꝝ contēptor. qui judeos omnes publice poſitis edictis e ſuis dominijs exterminauit. Uxo/ rem de Saxonia duxit. neptem Friderici Ceſaris. multas germanie lites auctoritate ſua cōpoſuit. quāuis ſepe ⁊ mul tum conat⁹ reconciliare Ceſari Ladiſlaū regem nequerit. Albert⁹ eius terre. ac familie ꝑnceps poſtquam pater eius Erneſtus puellam balnei cuſtodem ab eo ꝑdite amatam. et in ſpem mr̄imonij/ſuſceptam apud Straupingā danubij fluentis demerſit. Cum diu vitam in merore ꝑ egiſſet tan/ dem lucte pacto vxorem de domo Brunſwicenſi duxiſſet ex qua ſobolem pulcherrimā ſuſtulit. Sub jmperio Fride/ rici podagra laborans. ſepoſitis ceteris curis ſectat⁹ muſi/ cam aſſiduis cantib⁹ ac ſonis animā oblectauit. Interdum ⁊ venationi operam dedit. In Saltzburga quam Metro politicā in Baioria ſedem obtinere diximus tres archiepi fuere. Quoꝝ vltimus Sigiſmū dus nomine dum ſciſmati procella deſeuit/cum eſſet adhuc p̄poſitus Romanā eccle/ ſiā magnifice iuit. Sed archiepūs a Nicolao pontifice cre atus. literas apoſtolicas quib⁹ cenſura in auſtrales jmpa/ tori rebelles fulminabat in eccleſia ſua publicari non ſiuit. ſiue metu potentie illoꝝ. ſiue ꝙ anathemate ſuſpenſo pa/ cem melius īueniri putauit. Ad quaꝫ componendā ⁊ ipſe deſcendens in Auſtriā non paruā operam impendit ⁊c̄.

☞ Circa Rhenū qua flos germanie nr̄o tēpe inſitur. inter Theodoricū Magūtinenſ ecclie p̄ſulem ⁊ Ludowicū co/ mitem palatinū rheni/crebre diſſentiones fuere. ⁊ ſepius

ad arma ventũ eſt. totaq circum regio rapinis atq incen/
dijs vaſtata. Cũ Maguntino Marchiones Badenſes ac
Brãdeburgenſes opem ferrent. Palatino Jacobus. Tre/
uerenſis antiſtites. ꝛ nõnullo ciuitates aſſiſterent/ mortuo
Ludowico palatino. q̃ relictã Ludowici regis Cipri vxorẽ
duxerat. filium ex ea natũ infantez adhuc/ Frideric⁹ frater
eius cõſentientib⁹ terre optimatib⁹ arrogauit. Gubernato
rem ꝓuincie tanq̃ dñs/ Electorẽ jmperij ſe dixit. celibatũ
ꝑpetuũ ꝓmiſit. ne errogato filio. vxorem ducens p̃iudiciũ
faceret. Rogat⁹ Nicolaus põtifex q̃nt⁹ id gen⁹ adoptiõis
cõfirmauit. Recuſauit Frideric⁹ iꝑator ſepe multũq req̃ſit⁹
☞ Jn Sueuia Albert⁹ Friderici frater jmꝑatoris. cũ plu
ribus ciuitatib⁹ variante victoria bellũ geſſit. Ab vlmẽſib⁹
ciuitate Rotemburgẽſem litigando ꝑ ſniam obtinuit.
☞ Jn Marchionatu Badenſi p̃nceps Jacob⁹. juſticie ac
prudentie fama inter german⁹ clariſſim⁹. cum ſibi ad hũa/
nam felicitatẽ ſolam litterarũ peritiam deeſſe augeret. quos
ex cõiuge legittima liberos ſuſtulit. ediſcere lr̃as compulit
Jnter quos diuiſo p̃rimonio. Cũ Karolo p̃mogenito ſin/
gulari induſtrie iuueni jmꝑatoris ſororẽ m̃rimonio collocaſſet
plenis annis haud inuitus e vita deceſſit. Tyrolenſes: q̃ val
les eni ꝛ atheſis incolũt. Cũ Sigiſmundũ p̃ncipem ſuũ in
tutela Friderici ceſaris exiſtentẽ iam grandiuſculũ ad ſe re/
mitti fruſtra petiuiſſent ſumpt armis p̄fectos ꝓuincie quos
ceſar iſtituerat deiecerũt. Et cum Tridentini ep̃i cuius erãt
ſubditi in fide ceſaris ꝑſeuerarent. cũ exercitu eo ꝯuenere:
Ciuitatẽq metu ꝑculſaz ꝓditione ceperũt: ꝛ arcem oppu/
gnatiõe fatigata ad deditionẽ cõpulere. Exin pactionibus
cũ ceſare ꝯuenientes meliori quã crediderãt felicitate ſuũ dñz
obtinuere. Switẽſes mõtani ꝛ feroces ppl̃i. cũ Thuricen
ſes ex federe. qđ cũ eis pepigerãt deſtituiſſent. Cõperato ex
ercitu in eoꝝ agrũ cũcta vaſtãtes exiere. Quib⁹ cũ Thuri/
cenſes ꝓlio ꝯgredi p̃ſumpſiſſent vſq ad internitionẽ ceſi ſũt.

Tantaq; Switensiū invictos hostes crudelitas ac rabios sint/ vt eo ipo i loco pte victorie epulātes. cōgestis necatorū corpib⁹ ꝛ mēsalia. ꝛ sedilia ex illis appauerint. ꝛ appientes hostiū cadauera cruorē biberint. corda dentib⁹ laniauerint ☞ In Alsacia cui quondā heluetia nomē fuit. tum gallia/ nūc germanici iuris ꝓuincia. Cū Ludowic⁹ delphin⁹ vien-nensis/ i agꝝ Basiliensem oēm ferme militiā galliā eduxissꝫ Ingentēq; metū Basiliensib⁹ icussisset. Suitēses ex federe socie ciuitati/ q̄tuor milia militū lectissime iuuentuti auxilio misere. Quos cū delphin⁹ appinq̄re aiaduertisset. medium iter Basileā ꝛ Suitenses cū toto exercitu se opposuit. nec detrectauere illi certamen. quāuis pedib⁹ pugnaturi. xxx. milia equitū stare ꝯtra se aciem cernerēt. pugnatū est sūmis vtrinq; virib⁹/ ad extremū nō tam victi. quā vincēdo fessi. Suitēses nimis audacis ꝑsumpti facinoris penas dedere. Nam pauci fuga dilapsis obtrūcati oēs in campo iacuere. Rarus tū ex Suitensib⁹ inultus iterijt. Ex q̄b⁹ plures repti sunt qui lanceis ꝑforati ad obtruncandū hostem ꝑ medias hastas dilapsi vindictā accepti vulneris expetiere. Amedeus in Sabaudia dux p̄m⁹ eius gentis/ cū annis ferme. xl. post pr̄is obitum ꝓuincie gubernacula tenuisset. ꝛ admirā/ dus/ adaucto paterno imꝑio/ parta vndiq; pace/ formidā/ dus/ cumulatis opib⁹/ sapientia plen⁹ vicinis pplis ac pn cipib⁹ videret̄: ac demū relictis pncipū glorie fastib⁹ in heremū se recepisset. ꝛ sumpta penula. ac retorto baculo cum sex viris equestris ordinis etate prouectis mundo ꝛ pompis eius renūciasset. ad extremū summi pontificatus honorem ex Basiliensi cōgregatione sibi delatum in ecclesie diuisione superis parum fauentib⁹ accepit. Barbaꝫ totondit quam ꝓlixissam nutriuerat: ducatum primogenito suo tradidit. Ecclesiasticas cerimonias ꝛ orandi morā repente didicit Stipatusq; magna nobiliū caterua ꝛ illustri comitatu circūdat⁹ Basileā ꝑrexit. vbi abijs qui generale concilium

facere arbitrabant̄ in maxima ppl̄i multitudine q̄ vndiq̄ʒ
ad ſpectaculū tante rei cōfluxerat. Jnt̄ duos filios egregia
faciem adoleſcētes. Alterū Sabaudie ducem. Alterū Ge/
bennarū comitem ſolempnib⁹ ꝑ more ſeruatis: tanquā Ro
mane preſul eccleſie coronat⁹ ē. Celebrauit ſepe diuina. Be
nedixit plebib⁹. Officia curie ordinauit. Cardinales do/
ctrina ⁊ auctoritate preſtātes aſſumpſit fuerunt ei cuʒ rege
francie Karolo. cum Alfonſo rege Aragonū: qui tum ho/
ſtis Eugenij pape fuit. cum Philippo duce Mediolani. cū
plurib⁹ alijs de recipienda eius auctoritate tractat⁹. Qui
oēs in Caſſum abiere. fuit ⁊ Fridericus jmꝑator apud euʒ
in Baſilea. Sed clam nocte intēpeſta ne adoraſſe jdolū vi
derer̄ abijt. Reuerentiam/ei tanq̄ʒ vicario jeſu criſti ſubditi
eius tantū/⁊ Suitenſes ppl̄i/⁊ Baſilienſes: ⁊ Argentinē
ſes. ⁊ q̄ Alberto parebāt Boioarie duci ꝓbuerūt. fuit enim
magna ſpes obtinende germanie. Cū ſex ꝑncipes electo/
res in eam ſnīam fedus iniſſent/vt niſi Eugenius poſtulat
eorum annueret (poſtulabāt aūt res prorſus negandas) in
Amedei quē Felicem q̄ntum appellarūt obedientiā tran/
ſirent. Sed cū illoꝝ cōſilia Frideric⁹ ꝑuertiſſet. ⁊ q̄ ſub noīe
ſynodi Baſilee degebant abire iuſſiſſet. deſperato meliori
ſucceſſu. Jnteruenīēte ꝑ legatos ſuos Karolo francie rege
eccleſie pacem dedit/⁊ Nicolao pont. max. reconciliatus.
Relicto noīe pape Cardinalatus honorē retinuit. Jn quo
paulo poſtea nō ſine boni viri opinione deceſſit. felix prin/
ceps. ⁊ nimiū felix. ſi ſeniū ſuū eccleſiaſticis titulis non fe/
daſſet. Bolomer⁹ q̄ eius quondā. ⁊ ꝑmus ⁊ dilectiſſim⁹ cō
ſilioꝝ ꝑticeps fuerat. Jngenteſq̄ʒ opes apud eū cumulaue/
rat. cum nobilitatis odiū incidiſſet: proditionis reus fact⁹
mortis ſnīam tulit/⁊ in lacum lemannū ꝑcipitat⁹. magno
ſaxo ad collū ſuſpēſo/demerſus eſt. Nobilitas exinde noui
ducis indignationē ſubiens/ad regem francie cōfugit. cui⁹
opibus adiuta in patriam redijt. Johannes Segobienſis

homo hyſpanus moribus ⁊ doctrina illuſtris. q̃ cum ſum-
mos theologie p̄ceptores doctrina equaret. ab Amedeo
dum ſe papam dixit Cardinalat⁹ eminentiā acceperat. Et
deinde vnioni cōſentiens. a Nicolao pont. max. Cardina
latus dimiſſo titulo Ceſarienſi eccl'ie ꝑfectus fuerat. in al-
tiſſimis recondit⁹ montib⁹. puo monaſteriolo cōtent⁹. Uo
catis ex hyſpania legis Arabice magiſtris librū quē vocāt
Alchoranū. ⁊ in quo Maomethis pſeudo ꝓphete: nō tam
myſteria quā deliramēta cōtinent in noſtrā linguā ꝺ nono
cōuertit. ⁊ inepcias eius veris ac viuis rōnib⁹ ⁊ argumētis
exploſit. In Arelate ad ſepulchrum Ludowici Cardinalis
ſancte Cecilie eius vrbis epi quē Baſilee in conſeſſu patruꝫ
p̄ſidentem vidim⁹: Magna miraculoꝝ oppinio orta eſt. ⁊
inualidorū frequens vndiqꝫ cōcurſus ſpe ſanitatis factus
☞ Johānes Comes Armeniaci inceſto germanie ſorori
amore ꝑculſus nupcias eius tentare conat⁹: haud indign⁹
exiſtimat⁹ eſt. quem paterna hereditate Karolus rex frācie
armis eijceret. In regno ipo francie/ qꝺ noſtra etate Joan
na virgo Lothorigenſ diuinit⁹ vt credunt admonita: vi-
rilib⁹ indumētis ⁊ armis induta gallicas ducens acies Ex
anglicoꝝ manib⁹ magna ex parte (mirabile dictu) p̄ma int̄
p̄mos pugnans eripuit. Cū iam Philipp⁹ Burgūdie dux
paterne necis iniuria remiſſa Relictis anglis ad francos ꝺ
feciſſet. ingētes inter Karolū regem ⁊ filiū eius Ludowicū
delphinū Uienenſem cōtentiones atqꝫ inimicitie ſuccreue
runt. Karolus andegauenſ eo tēpore delphini auūculus
apud regem plurimū poterat. Cui⁹ potentiā cū Johānes
Alonconij dux ferre nō poſſet. Borbonij quoqꝫ p̄nceps ⁊
frater eius ſpurius Andegauēſem gubernationē egris ani-
mis intuerent/ delphino vti a patre diſcederet ſuaſerunt.
ſic eni fieri poſſe vt rex deſiderio filij Karolū a ſe reijceret.
Regnūqꝫ qꝺ in eius manib⁹ poſſum ire videbat meliori cō
ſilio regeret. quib⁹ ꝑmotus dalphinus inſalutato patre ad

Niuernenses discessit. Qua re cōperta Rex ꝯperato raptiꝫ ex exercitu in Alacomum duxit. ⁊ expugnatis non magno negotio plerisqꝫ munitionib⁹ ducem in deditionez accepit Exin cōtra filium ꝓfect⁹. Cū ciuitates Niuernie delphinuz aduersus pr̄is imperiū tueri nō auderent eum vt a se abiret rogauerūt. Ille ī Borboniū se recepit nec diu post metuēs dux Borbonij regis iraz filium patri reconciliauit. que res fratri suo spurio haud bene cessit. Nam is paruo post tēpe captus in ꝓfluentem demersus violati paterni iuris in filiū penas dedit. Interiecta deinde nō longa temporis mora Rhenat⁹ e regno Sicilie ꝓpulsatus filiam suam Henrico regi Anglie in mr̄imoniū collocauit. haud abnuente fran/corum rege q̄ eo cōiugio inducias belli sibi ac regno suo sa lutares cū Anglicis pluriū annoꝝ obtinuit. Quib⁹ ꝯclusis securus iā domi rex vt franciā militarib⁹ spolijs atqꝫ īcen⁹dijs diu agitatam tantisꝑ sineret requiescere. delphinum cuz magna ꝑte copiaꝝ ad heluetias supra relatum diuisit. Ipse cum reliquo exercitu in Lothoringeos ꝓfectus Metensem Tulensemqꝫ agrū vexauit. oppidumqꝫ non parui momenti. qđ spinale vocāt dedentib⁹ oppidanis ab ecclesia Metensi abstulit. Exin Francisc⁹ Aragonens capto furtim oppido foserii. qđ in Normādia situz in ꝑtate ducis Britannie fuit duorū potentissimoꝝ francie atqꝫ anglie regum īterrupisse pacem visus est. De qua re dum missis vltro citroqꝫ legationib⁹ contenditur. Flochetus nō paucis equitib⁹ a rege francie ꝓfectus q̄drigas foeno oneratas in quo milites armati laterent ꝑ pōtem arcis quo Sequana fluuius iungitur. qui Normānos a francia dirimit. e doctos rusticos educere iubet. atqꝫ in medio pontis porte qꝫ arcis subsistere. Ipse ī insidijs cum cohortib⁹ signū expectauit. quo recepto cum milites e foeno dilapsi portam inuasissent. trucidatis custodibus tam diu locū tenuere. donec flochet⁹ aduolans ⁊ pontem ⁊ arcem in potestatez recepit. Cuius rei ꝑcepto nūtio

⁊ Rex ipſe ꝑ eundem pontem in Nortmanniā copias tra
iecit. ⁊ ex alia ꝑte Franciſc⁹ Britannie ꝓnceps exercitum
ducit. Dux ſumerſeti eam ꝓuinciam pro rege Anglie cum
imperio tenebat. Qui poſtq̄ tanti belli molem in ſe verti
cognouit. Talbotum copiarū ducem fama clarum. ⁊ rebus
geſtis inſignē. Rothomagi apud ſe eſſe iuſſit. ſperans ei⁹
conſilio atque armis ciuitatē cuius nutare animos anim/
aduerterat in fide continere. Sed fruſtra eius conſiliū fuit.
Nam Rothomagenſes poſtquā regem appropinq̄re didi
cerunt. miſſis ad eum legatis ſnīam ſuam ac fortunaꝝ ſuaꝝ
pacti ſalutem exercitū intra vrbem recipere ⁊ imperata fa/
cere promiſerūt. Quib⁹ a rege collaudatis ⁊ domū cum p̄/
ſidio militum remiſſis vrbs regi dedita eſt. Talbotus cum
duce ſuiſq̄ oībus in arcem ſeſe recepit. que cum oppugnari
cepta eſſet. interuentu Rhenati regis ea compoſitio facta ē
vt Anglici que in Nortmānia retinebant. oppidis excede
rent. Dux ac Talbotus cum ſuis liberi eſſent/ Sed cum p̄/
fec. i oppidorū non parerent. Dux ſomerſeti dimiſſis ī arce
Talbato ⁊ duob⁹ privignis ſuis clam receſſit in Angliam
Arx poſtea dedita eſt ⁊ privigni ducis cū Talboto in po/
teſtatem regis facti ſunt. Talbot⁹ vero cū eſſet clara apud
oēs fama quam nō malis artib⁹ ſed robore corpis ⁊ igenij
dexteritate in apto marte queſiuiſſet data fide quod aduer
ſus francos deinceps arma non gereret. libere dimiſſus eſt
Hic āno jubilei indulgentie cauſa Romā venit vt q̄dā pu/
tant abſolutionē queſitur⁹ eius ꝓuiſſi qd̄ regi francie fece/
rat. mihi hoc minime compertum eſt. Illud conſtat Talbotū
cum in Angliam rediſſet. iamq̄ rex francie e victa oī Nort
mannia/ Burdegalam quoq̄ armis ſubegiſſet a rege ſuo
nō ſine magnis copiis in Vaſconiam cum imperio miſſum
et Burdegalam recuperaſſe. ⁊ alia pleraque caſtella que
ab imperio Anglicano deſtinerant partim vi expugnaſſe.

expugnaſſe. ꝑtim deditione volūtaria recepiſſe. que cū rex francie reſciuiſſet eueſtigio duos exercitus inſtruxit. quorū alterū. C⁹ ꝑfect⁹ erat gener ſuus comes Clarimonti ac ducis Borbonij filius cum q̄ndecim milibus pugnatorꝫ. in quis totius militie robur fuit. ad vrbem Burdegalam recto itinere contendere iuſſit. Alterū quem ipſe ductauit. ex purpuratis ſuis cōſcripſit quib⁹ ⁊ comes ⁊ ſcampis annūerat⁹ eſt: quem lecti iuuenes. dccc. equites ex Britannia ſequebant̄ iuſſit ⁊ hunc exercitū retento apud ſe comite Rex preire. qui cum ſeptem vt aiūt leucis a Burdegala conſtitiſſent. paruū quoddā caſtellum oppugnare ceperūt: turri quadā inter Burdegalā ⁊ caſtellū ipſum occupata. ac ſagittariorū ꝑſidio munita. Talbotus vero poſtquā ſibi cum duobus exercitibus pugnandū eſſe intellexit. eum prius aggrediendū cenſuit. quem minori negotio fugari poſſe confidebat. Egreſſus igit̄ cum robore ſui exercitus iam veſpere ad turrim quam dixim⁹ occupatā ꝑuenit. qua primo īpetu expugnata ſagittarios oēs ibi captos circiter q̄nquaginta interemit. Exin mane ꝓfectus cum accepiſſet Regiū exercitū fugam parare: Veritus tanquā ſibi e manib⁹ preda dilaberet̄/ iuſſis alijs ſequi cum q̄ngentis galeatis militibus. dccc. ſagittarijs ꝓpere in hoſtes aduolans tumultuariū preliū init: cōſultauerant aliquādiu inter ſe hoſtes an retro pedem fugiendo referrent. Sed pudore ꝓpinqui Regis experiri belli fortunam decreuerant. Erant eis. ccc. circiter tormenta enea id eſt bombarde que currib⁹ aduexerāt ea via ꝑ quā Talbot⁹ aduētur⁹ erat oppoſuerunt: multas preterea machinas hinc atqꝫ inde collocauerūt. q̄bus ignari hoſtes ꝯfici poſſent: vt ergo furens Talboti miles itinere qđ vnū patebat ī caſtra hoſtiū neſcius machinaꝝ ꝑcurrit. dato tormētꝭ igne ꝑmo ꝯgreſſu. ccc. ferme milites ictu lapidū ex anglic̄ ꝑiere. Qđ vbi Talbot⁹ aīaduertit filiū q̄ ſe ſequebat̄ vt abiret ⁊ ad meliora tempora reſeruaret admonuit. At

cum filius diceret non eſſe ſibi ex eo ꝑlio fugienduꝫ in quo
pr̄ periclitaturus eſſet. Ego inquit fili mult꜡ reb⁹ clariſſime
geſtis. nec mori ſine glīa. nec fugere ſine dedecore poſſum.
te nunc militare incipientem. nec fuga infamem. nec mors
claꝝ faciet. Sed cū filium plus pietas quā cōmonitio pa-
terna moueret. cohortatis ſocijs vt forti animo pugnā re-
integrarent teſtitudine ſuoꝝ facta in hoſtes qui nunquam
munitōes caſtroꝝ exire ꝑſumpſerāt audacib⁹ inuectus ani
mis haud paruem illoꝝ ſtragem edidit. Sꝫ cū hoſtes par
tim loco partim tormentꝭ ac numero militū ſupiores eēnt.
et iam crus Talboto lapis e tormēto miſſus arrupiſſet. ce-
ſis maiori ex pte ſuis. ⁊ ipē tandem cū duobus filijs altero
legitimo. altero extra matrimoniū nato ⁊ vno genere pro
cumbens cecidit. hic poſt ſumptas ex hoſte victorias cla-
riſſimi viri exitus fuit. quem Britonū potiſſimum ꝯſtantia
et audatia ꝯſtrauit. Burdegala iteꝝ in ꝑtate regis facta ē
Britannie ducem eius germanū q̄ nunc rex potit̄ cuꝫ diu
ſobole caruiſſet votū vouiſſe ferunt liberos ſi ſuperi darent
ꝑores duos. alteꝝ minoꝝ alterum ꝑ̄dicatoruꝫ religione cō
ſecraturum. Exin voti cōpotem primum qui ſibi natus eſt
Franciſcum appellauit. Scdm̄ Dn̄icum. Nat⁹ eſt ei ⁊ ter-
tius filius quem in Angliā nutriendū miſit. Is cū mortuo
pr̄e in Britanniā Frāciſco regnante rediſſet ab eo captus
et in carcere necatus eſt. fama eſt eū cum neci traderet̄ im
pietatem fratris accuſando q̄ non ꝯtentus regnū ſibi debi
tum occupaſſe. Sed animā quoqꝫ ſibi nephari⁹ aufferret.
Frāciſcum coram diuino iuditio de patricidio reſponſurū
infra annū citaſſe. Ob quā rem cum infra ꝑfinitū tempus
Frāciſcus idropi laborans obijſſet vt eſt religioſa gallorū
natio. correctū eū diuina cenſura vulgo creditū ē. Dn̄icus
ei ſucceſſit qui cuꝫ hoc annis ſine liberis deceſſiſſet. Arturū
Francorum militie principem patruum ſuum ſucceſſorem
habuit. non minus prudentia quaꝫ annis graue Karolus

dux Aurelianēſis q̄ magno quondā ꝑlio ab Anglicis capt⁹
fuerat. iā ſenex in patriā dimiſſus. defuncto Philippo ma
ria Mediolanēſis ducat⁹ tanq̄ʒ ſibi ex ſucceſſione debiti
ſeſe titul' adornauit. In Flādria Gādaneñ aduerſus Phi
lippū Burgūdie ducē rebellātes plurib⁹ ꝑliis victi ad ex/
tremū ſupra. xx. milib⁹ ciuiū vna pugna amiſſis. ꝯfeſſi erro
rē Philippo man⁹ dedere. legeſq́ʒ victoris accepere. Idē
Philipp⁹ ⁊ oppidū Luceburgēſe maximū ac munitiſſimū
qd' in Saxonū poteſtatē dotis noie venerat nō ſine indi/
gnatōe Ladiſlai Regis armis accepit. Dalphin⁹ Viennē
ſis cū mulierē quandā noie Agnetē forma ꝓſtantē ac patri
dilectā occidere tentaſſet. itē Regis odiū incurrit. cumq́ʒ
nuſq̄ā alibi ſe tutū arbitrare͞t Ad florētes Philippi opes
ꝯfugiēs vt ꝑmū eū ꝯuenit. Miſerto mei ꝯſanguinee inquit
q̄ ſine terra ſum fili⁹ Regis. Ad quē Philipp⁹. dū terra mi
hi eſt ait. caue te ſine terra dixeris. Nā que mihi ꝓuintie pa
rent eadē tue ſunt nec min⁹ tibi quā mihi obediant volo.
Poſt hec ei ⁊ Brabātie florētiſſima oppida ⁊ ambitioſas
Flandrie ciuitates oſtendit. Dn̄m eum ⁊ ꝑncipem in con/
ſpectu ſuo appellari iubens.

☞ Ventū mō eſt in eū locū. de quo breuiſſim⁹ eſt in An/
gliā Traiect⁹. neq́ʒ em̄ pluſquā. xxx. milib⁹ paſſuū id mare
latū eſt. qd' Flandriam atq́ʒ Angliam interluit abſolutis gal
lie reb⁹ haud incōueniens fuerit tranſmiſſo pelago Anglie
cui quondam Britannie nomen fuit. quam breuiſſime mu
tationes ſub Friderico factas commemorare. In Anglia
quam tum Albion tum Britanniam veteres vocare. Rex
Henricus ſolitudinis ⁊ otij cupidus alieno magis quam
ſuo iuditio Regnum gubernauit. Potens apud eum ⁊ im
primis auditus Dux Sofulſi fuit. qui leges pro ſuo arbi/
tratu ⁊ populis ⁊ principibus dixit. Suppreſſit quos odi
uit ⁊ iterum quos amauit erexit. Sed cū res Anglica apd'
Francos imminui coepiſſet. ⁊ iam Imperium gallicum in ꝗ̄

ſtinam gloriam emergeret. Dux Eboracenſis coactis non
paruis copiis nec paucis ſtipatus baronibus. Lundonias
venit Regis conſilium mutaturus. atq; vt ipſe dicebat Re-
gis ⁊ Regni ſaluti conſulturus. non expectauit eius aduen
tum Dux Sofulci. Sed nauigio raptim correpta per the
miſiam fluuium ſaluti ſue fuga conſulere adorſus eſt. Sed
deſtinatam quis mortem fugiat. miſſi qui eum comp̄hen-
derent per compendia iterum curſum eius preuenire. Ip-
ſumq; mox interceptum in Prora nauis qua vehebat ob/
truncauerunt. Dux quoq; Somerſeti qui perdita Nortu
annia in Angliam remeauerat. potenſq; apud Regem cre
debat. in carcerem coniectus eſt. Nobiles viri complures
necati. nec ſacerdotio preditis parſum eſt. int quos ⁊ ami-
cus noſter Adam molines ſecreti Regi ſignaculi cuſtos. ⁊
litterarum cultor amiſſo capite truncus iacuit. nec diu poſtea
cum Dux Eboracē domū rediſſet. Somerſeti principes
e carcere miſſus ꝯniuente Rege. gubernare Regnum in/
cepit. que res ſupreme ſibi cladis cauſa fuit. irritatus eñ
ob eam cauſam princeps Eboracē cū maioribus copiis
quam prius Lundonias ꝑperauit. cui cum Rex obuiā vna
cum Duce Somerſeti exiuiſſet. putans illum aut verborū
Lenocinio placere aut Regie maieſtatis autoritate deter-
rere. Nihil ꝑfecit. Eboracē eñ cū eſſet longe potentior
iuſſo Rege vt in ꝓtc̄e ſe reciperet. Somorſeti Ducem ac eiꝰ eq̄
tatum irrupuit. eumq; mox captum. detruncato capite in/
terfecit.

☞ Scotia eius inſule in qua eſt Anglia ſuprema portio ē
in Aquilonem verſa. fluminibus haud magnis. ⁊ monte
quodam ab Anglia diſcreta. hic vos Brumali tp̄e fuimus
cū ſol paulo ampliꝰ quā tris horas terrā illuminaret. Ja-
cobꝰ eo tp̄e regbat quadratꝰ ⁊ multo. i. pinguedine. ḡuis q̄
cū olim i Anglia captꝰ. xj. annis i cuſtodia fuiſſz. ac dimiſ-
ſus tādē uſcepta ex Anglici ꝯiuge domū reuerſus cōplug

res regulas gladio ꝑcuſſiſſet. ⁊ ipſe tandem a ſuis domeſti-
cis interfectus. In quos vltione pacta filius eius Regnum
ſuſcepit. Audiueramus nos olim arborē eē in Scotia. que
ſupra ripā fluminis enata fructus ꝓduceret anetaruꝫ for-
mā habentes. ⁊ eos q̄dem cū maturitati ꝓximi eēnt ſpō-
te ſua decidere alios in terrā. alios in aquā. ⁊ in terra deie-
ctos putreſcere. in aquā vō demerſos mox animatos ena-
re ſub aquis ⁊ in aere plumis penniſqꝫ eveſtigio euolare. de
qua re cum auidius inueſtigarem⁹ didicim⁹ miracula ſemꝑ
remotius fugere. famoſamqꝫ arborem non in ſcotia. Sed
apud archades inſulas inueniri. Illud tamē nobis in Sco-
tia miraculū repſentatū eſt. Nā paupes pene nudos ad ec-
cleſias mendicantes acceptis lapidib⁹ elemoſine grā datis
letos abiſſe ꝯſpeximus. Id genus lapidis ſiue ſulphurea ſi-
ue alia pingui materia preditū ꝑligno. quo regio nuda eſt
comburitur.

☞ Hibernia nunc nobis abſoluenda eēt que puo a Bri-
tannia disiuncta freto ꝑtim libera Scotorū amicitia ⁊ ſo-
cietate gaudet. ꝑtim Anglicano paret Impio. Sed quo-
niam nihil dignū memoria ꝑ hoc tps de quo ſcriptio ē ge-
ſtum accepim⁹. Ad res hiſpanicas feſtinam⁹.

☞ Latiſſima regio Hyſpania ⁊ terra optimis. compan-
da viris armiſqꝫ potens. hoc anno nr̄o. in quinqꝫ Reges
diuiſa eſt. Primū ac maximum Caſtelle Regē appellant.
Proximū ei Aragonū. Tertio loco Portugalēſem Quar-
to Nauarre. Granate quod ab euangelio xpi alienum eſt.
Vltimū ponunt. In caſtella ꝑnobili ac late dominātē Re-
gno. Cuius Reges Gothorū ſanguine creti nunquā gen⁹
variarunt. Aluarus de Luna natione Aragonēſis. nobili
genere. quis extra matrimoniū nat⁹ cū olim Johāni Re-
gi adeo ſe inſinuaſſet. vt vnus oīm Regni regiſqꝫ potens
videret. Johānemqꝫ Nauarre Regē ⁊ Henricuꝫ mgr̄m
militie Sancti Jacobi potētia ſua opprimere. ac Regnum

gubernare conatos armis deturbaſſet Poſtea tñ aduerſan-
te ſibi Regina redeūtib⁹ illis. Ac regem p̄tatem ſuã recipi-
entib⁹. e curia pulſus. in poſſeſſionib⁹ ſuis aliquãdiu ꝑuat⁹
vixit. felix ſi cōceſſo frui ocio nouiſſet. Sed nulla eſt regno
deiecti quies. dum ergo ſublimē locū de quo rurſus maiori
cū ruina precipitet᷑ vendicare conat᷑. Regi clam ſuadet. vti
ꝑ ſpeciem venationis in ſaltus ſibi ꝓpinquos egrediat᷑. ſe
cum potenti manu futurū obuiam. Nec dubiū q̄n regni op-
timates libertatē regi aſſerant. nō fuit difficilis ꝑſuaſio Rex
cū paucꝭ egreſſus par̄ cuſtodit⁹. Nã Aluari iaȝ pene nomē
extinctum erat. vbi ad inſidiarū locū ꝑuenit. Mox clamore
edito Aluarus inter lectos exultans milites liber̄ Regē ſal-
uere dixit. eumqꝫ ſecū adduxit. q̄re vulgata confeſtim mira
inclinatio regni facta eſt. ⁊ iterū ad Aluarū regni guberna-
tio deuoluta. nec diu poſt / cum eiſdem Joanne atqꝫ Hen-
rico atrox preliū ꝯmiſſuȝ eſt. in quo plures vtrinqꝫ cecidere
victoria penes Aluarū fuit. Henric⁹ nō multis poſt dieb⁹
ex vulnere manus qđ in ea pugna receperat mortem obijt.
Magiſtratū eius Aluar⁹ obtinuit. ⁊ aliquãdiu poſtea regis
pariter ⁊ regni moderator eſt habit⁹. ad extremū tñ potēti
īuidie ſuccubuit. Nam cū nobile quempiã iuſſi regis ingra-
ta ſibi q̄dã renūciantē e feneſtra ſue domus p̄cipitari iuſſiſſȝ
Mox capt⁹ ⁊ in medio foro capitali ſnīa dãpnat⁹ eſt. nō tñ
vt ignauus occubuit. ſed nūeratis ſuis in regem regnūqꝫ
meritis. nō lachrimans aut eiulans. ſed alacri vultu ⁊ quaſi
ad epulas īuitat⁹. ceruicem gladio p̄buit. vir alti ſpūs. non
minus domi. quã belli clarus: ⁊ cui magna ſemꝑ in mente
ſederint. Joannes deinde aliquot annis ꝑ ſe regnū admi-
niſtrauit. quo vita functo. fili⁹ eius Henric⁹ regnū accepit
Adoleſcens aīo plenus ⁊ recti cupidus. q̄ relicta p̄ori con-
iuge. velut infecunda alterã ex portugalia duxit īmꝑatricis
ſororem. ⁊ in regnū Granate cum exercitu ꝓfect⁹ magnaȝ
hoſtibus terre partem diripuit atqꝫ pertriuit. Johannes

Cardinalis Oſtienſ ſumma vir integritate ⁊ ſcientia iuris eminens/ cū iuuenis in dictādis epiſtolis ſeruiuit/ ſenio cō/fectꝰ in eo regno( vnde illi origo erat) aīam deo dedit. In regno nauerre ⁊ filius in patrē ⁊ pr̄ in filiuʒ arma ſuſcepit. filiuſqꝫ tandem regno pulſus ad Alfonſum patruū Arago/nū Sicilieqꝫ Regem peragrata ꝑus gallia cōfugit. Nunc Ludowicꝰ Mōteſie mgr̄ ⁊ Joannes deſeritanꝰ viri preſta biles ab Alfonſo miſſi recōciliare patri filiū ſtudēt. Joanna regis Alfonſi ⁊ ſoror ⁊ cōiunx abſente viro multis annis Aragonū ⁊ Valentie regnis tot potentie ciuitatibꝰ. tot no biliſſimis ꝑncipibꝰ iura dixit. caſta ⁊ ſancta mulier ⁊ digna que prolem peperiſſet Alfonſo. In portugalia Petrus co/gnomie infans/ ſic enī filij regis antequā regnent appellāt magni nois ꝑnceps. ꝗ totam ferme europā peragrauerat. ſue virtutis documenta demōſtrans. cū regnū tutorio noīe aliquādiu ſūma cum laude admiſtraſſet. nec miori fide Al/fonſo ex fratre nepoti ſimul ⁊ genere ſuo reſtituiſſet. tandē ſubortis vtrinqꝫ diſſentionibꝰ cū odio creſcente ad preliuʒ ventū eſſet ſagitta inincertū miſſa trāſfoſſus interijt vir ma gnoꝝ operū: ⁊ ꝗ olim ſub ceſare Sigiſmūdo ſtipendia fa/ciens nō paruā ſibi gloriā in Turchos pugnādo ꝑauerat. Alfonſus exinde māſuetiſſimꝰ ꝑnceps alti cordis ⁊ prudē/tia( neqꝫ enī in ſtultos vnquā regius portu gallie ſanguis deriuatꝰ eſt) Poſt regnū vtrūqꝫ tenuit/ cui cū obiſſet dile/ctiſſima cōiunx Eadem ſoror/ patruelis hortatu vt aliā ſuꝑ duceret nō ſuaderi potuit/ ſed oīs eius cura eo cōuerſa eſt. vt aliquid egat qđ ſibi laudem ⁊ chriſtiane religioni fructū pariat. Qua propter inuitatis regni proceribus. ſuſcepto publice crucis ſigno. claſſem in Turchos ⁊ expeditionem promiſit ⁊c.

☞ Vltimis Europe finibꝰ peragratis ⁊ quantū propoſiti noſtri fuit ſeptentrione decurſo in partem tandeʒ reuerſus nouitates jtalie cum iam referende occurrant: ab ea nimirū

vrbe incipiendū eſſe arbitror. Cuius creberrimas mutati/
ones ⁊ oriens ſimul ⁊ occidens admirat̃. Ea eſt Genua li/
gurum domina ac Regina. que ciuilibus agitata diſcordijs
memoria noſtra imperiū maris amiſit. In ea cum excluſo
Philippo Mediolanenſium duce. eiuſq̧ pretore opicino
olgate necato. auctore Frāciſco Spinula. viij. libertatis ca/
pitanei creati eſſent. eiſq̧ paulo poſt ſublata libertate exa/
ctis: Iſnardus Guarro ducatū accepiſſet annos ſupra ſe/
ptuaginta natus auctore. Thoma fregoſa. qui ⁊ ipſe olim
ante Philippi dominiū ducali honore functus fuerat: cum
homo grandeuus ad gubernationē inutilis videret̃. vix ſe/
ptem dieb⁹ regnare ꝑmiſſus eſt Thoma eius honorem ſur
ripiente. quem cum quatuor gubernaſſet annis. germanus
eius Baptiſta ad. xvj. circiter horas regno expulit. Nam
Thomā reſumptis virib⁹ confeſtim fratrem palatio detur/
bauit. tris annos poſtea ⁊ nōnullis menſib⁹ vrbem regens
donec auctore Joanne anthonio fliſco iterum ciuitas liber
tatem aſſeruit delectis octo capitaneis priori ex more rem
publicā adminiſtraturi q̄ Thomā fregoſum in carcerē con
iecerunt: cū iam ter patrie ſue ducem geſſiſſet. horū princi/
pes fuere Johānes Anthonius quem prenominauimus
miles equeſtris ordinis ⁊ Raphanus Raphael aduenus iu
ris interpres. Sed hec quoq̧ paucoꝝ menſiū libertas fuit
cum Raphaeli non tam capitanei quam ducis nomen pla/
ceret. Is enim gentib⁹ ſuis ac Spinularū primorib⁹ in ſuā
ſententiā tractis collegas ſuos magiſtratu abdicauit. duca/
leſq̧ faſtes aſſumpſit. q̇b⁹ paulo ſupra duos annos eſt vſus
a Barbana gentili ⁊ patruele ſuo e re publica deiect⁹. Bar
banā vero nō dum menſe toto ꝑncipatu potitum Janus
fregoſius Joanni Anthonio fliſco ⁊ Aurianis fauentibus
regno pepulit. Qui paulo poſt Anthonio pro ſuſcepto bñ
ficio necem parauit. Interpoſito Joāne philippo eius gētili
q̄ cū ꝑmitteret cui ⁊ caſtella defuncti ꝯdonauit Jano vo cū

rexiſſet annis paulo amplius duobꝰ in magiſtratu fatis fun
cto frater eius Ludowicꝰ ſucceſſit q̄ a Petro patruele ſuo
e dignitates culmine deiecꝰ eſt. Is eſt Petrꝰ fregoſus qui
modo regnat multa vi animi ꝛ corpis. Sed optimatibꝰ ci/
uitatis ꝛ oĩ ferme nobilitati odio habitꝰ: q̄ ꝛ gentilem ꝛ pa
truelem ſuū Nicolaū fregoſum honeſtis moribꝰ preditum:
ꝛ philoſophie ſtudijs inſignem ob ſuſpitionē affectati do/
minij vocatuꝫ a ſe ĩ palaciū paratis ꝑcuſſoribus interemit.
Hunc cū regnaſſet annis q̄tuor. tam ſue quā aliarū nobiliū
familiaꝝ p̄ncipes in vrbe Ludowico patruele ſuo quē ipſe
ante depoſuerat in eius locum ſuffecto. q̄ cum ſe parum gra
tum magnatibꝰ eſſe intellexiſſet. eundē Petrum quē regno
deturbauerat in auxiliū accerſiuit: ille tertia poſt exilium die
reuerſus ꝛ patruelē ducatu amouit ꝛ oēs aduerſarios vrbe
pepulit. Quoꝝ p̄ncipes ad florentes Alfonſi Aragonum
ꝛ Sicilie regis opes cōuerſi magnā ꝛ formidabilē claſſem
ab eo impetrauerūt. cum qua iam ferme duobꝰ annis terra
mariqꝫ Genuā oppreſſerūt. Uentū eſt ſepe ad menia ciui/
tatis ꝛ aliquando intra ſuburbia pugnatū. Hoc autē anno
cum ſigno dato ꝛ in ipſo portu ꝛ ꝑ menibus vrbis vndiqꝫ
pugnarēt. ingreſſi ſunt Aragonenſes duciſqꝫ milites ad
magnam vrbis ꝑtem fugauerūt. paſſim cedibꝰ. paſſim ra
pinis ciuitatem fedantes. ſed adfuit preſto cum delecta iu/
uentute Petrus. qui fugientes ſuos ſiſtere compulit. et in
Araganeñ dilapſus ingenti/edita ſtrage vrbem pene ra/
ptam recuperauit. Actum tamen de eo fuerat. ſi portā quā
ceperant hoſtes ita cōmuniſſent ne concludi ſupne potuiſſꝫ
ꝛ aditum ſequentibꝰ noualibus ſocijs potenteꝫ retinuiſſent
Nunc ambe ꝑtes. quaſi ex integro ad bellū ſe parant. quā/
uis fama eſt Petrum animo fractum gallorum implorare
auxilia eorum regi patrie ſue p̄ncipatuꝫ quem retinere non
poteſt: pecunia vendituꝝ. Apud in ſubres vrbemqꝫ toto
famoſam orbe Mediolanū Philippus Maria dux gentis

qui Genuā ditioni ſuę quondam ſubegerat. Amedei Sab/
audię ducis filiam mr̄imonio ſibi cōiunxerat. Alfonſum po
tentiſſimū regem cū duob⁹ fratrib⁹. Altero rege Nauarre
Altero militie Cōpoſtellano magiſtro multiſq3 Reguli na/
uali prelio victum: captū: ꝛ ad ſe vſq3 deductū. īſolita vſus
liberalitate. magnificētiſſime donatum libertati dimiſerat:
Sigiſmundū ceſarem Romā petentem. cum Mediolani a
geret viſitare cōtempſerat. Bononiā/ Forliuiū/ Jmolam
e manib⁹ tyrannoꝝ armis ereptas. Sacro ſancte Romane
eccleſie reſtituerat. Atrocem Suitenſiu3 gentem bello do/
muerat. De Florentinis ac Venetis ꝑ ſuos duces ſepius
triūphauerat. totāq3 quondā italiam tremore affecerat Jā
recedente fortuna/ ꝑdita Genua/ Nicolao piccinino ī quo
maxime fidebat defuncto exercitu ſuo ad caſale maius iuxta
flumen padum duce Micheleto carimola ab hoſtib⁹ p̄lio
fuſo ꝛ caſtris exuto magno nūero equitum peditūq3 capto
eo deduct⁹ erat vt nō modo Veneti. ſed oīb⁹ ꝑ circuitū po
pulis ac p̄ncipib⁹ contēptui eſſ3. Et Veneti quidē abdua flu
mine trāſmiſſo in agro Mediolanēſi caſtrametati tantū ei
terrorem incuſſere. vt derelinquēdo jmꝑio cogitauerit. que
ſunt vltra ꝛ citra mōtes auxilia Regū depoſcens. Sed quē
fortunatū atq3 hoſtib⁹ inſultantē oēs honore ac fauore di/
gnū exiſtimauere idem in Calamitate cōſtitut⁹ ab oīb⁹ tan
quā odio dign⁹ relict⁹ eſt. Vnus tñ oīm Alfonſus accepti
bñficij memor ad opem ferendā ſeſe accinxit. S3 cū ſeruis
iter agit interim Philipp⁹ p̄mū ob aduerſam valitudinem
oculis capt⁹. deinde ex ipſa arce hoſtiliū armoꝝ fragore au
dito vehemēter cōmot⁹. vite tedio ſimul ꝛ languore mortē
obijt. Jpſo Alfonſo herede inſtituto. fuit autē Philippus
ingenti corꝑe. in iuuētute macer. in ſene pinguiſſim⁹. defor
mi facie. ac terribili. inſtabilib⁹ ac pregrādib⁹ oculis. Jnge
nio peracri ꝛ callido. jn largiēdo ꝓfuſus. jn parcēdo facilis.
in audiendo difficilis. at vbi in colloquiū veniſſet mitis ac

placitus cultus corporis ac mundiciarꝫ omniſqꝫ lenocinij
negligẽs. venandi cupidus. equoꝝ ſtudioſus. Ceteꝝ quieti
impaciens atqꝫ imperitãdi auidus. in pace bellum. in bello
pacem queſiuit: ſimulandi atqꝫ diſſimulandi egregius arti/
fex/in milites quã in ciues indulgentior. raro in publicum
prodijt. delatoribꝰ facile credidit. in ſuſpitiones adeo pro/
nus. vt ſepe fidiſſimos a ſe amicos leuiſſimis de cauſis alie/
nauerit. pulchris indutos veſtibꝰ egre ad ſe venire ꝑmiſit:
Sermonem de morte audiuit inuitus. Tonitrua ac fulmina
mirũ in modum expauit: tabifica lue ꝑcuſſos ex vrbibꝰ mi/
grare magros iuſſit eorũqꝫ domos incendio tolli. qua cura
inumerabilẽ illum Mediolani populũ multis annis ĩtactũ
quodãmodo ab ea peſte ſeruauit. Huic cum vita deceſſiſſet.
⁊ funus nec tanto principe dignũ. nec ſuis maioribꝰ ductũ
eſt. nec ſepulchri decꝰ additũ. populus cognita duci morte
in libertatẽ ſepe ꝓclamauit. duodecim viris electis qui rem
publicã adminiſtrarent. Caſtrum porte jouis inſtar excel/
lentiſſime Regie captum ac dirutũ eſt. ⁊ teſtamentũ Philip
pi dilaniatũ/ Ad dominiũ Mediolanenſe multi aſpirauere
Sed qui coloratis vterentur titulis quatuor tantum fuere
Fridericꝰ imꝑator deuolutũ ad ſe p̄ncipatũ Philippo ſine
liberis legittimis vita ſubtracto contendebat. Alfonſus ex
teſtamento hereditatẽ petebat. Karolus dux Aurelianẽſis
ex ſanguine vicecomitũ natus ab inteſtato ſibi deberi du/
catum aiebat. Franciſcꝰ Sfortias Vicecomes ꝯiugem ſuã
qui Philippi filia fuerat heredem patri ſuſcipiendam affir/
mabat. Audite ſunt legationes omniũ in ſenatu Mediola/
nenſi. Quaꝝ alique ſermone directo dominiũ petiere. ali/
que ꝑ ſimulationẽ oblati contra venetos auxilij inſinuare ſe
populo atque inde paulatim vendicare dominiũ ſatagebãt
Sed ciuitati que iam libertate gauderet. ⁊ imperãdi cupi/
ditate. demortui principis militiam conduxiſſet nulla con/

ditio placuit. quo iugū quouis pacto ī capita ciuiū videret
inferre. Obtulit tamen ĩpatori cenſum quotānis aureū
poculū ſi libera ſuis legib⁹ dimitteret. dilaniabitur interea
vndiqꝫ Philippi hereditas. Veneti placentiaꝫ/ Cremani
laudam occupauere/ ꝛ multa preterea minora oppida dux
Sabaudie Ludowic⁹ valentiā ꝛ confluentiā iugalie. Aſten/
ſes ad ducem Aurelianenſem Karolū defecere. q̄ ſuſceptis
a Rege francie nō paruis auxilijs Allexandrinorum agros
vexare ceperūt/ Papienſes iteſtinis agitati diſcordijs diu
ancipites fuere: quib⁹ ſe potiſſimū ꝑtibus iūgerēt. Noua/
rienſes. Comani. Allexandrini: ac Terdonenſes. Mediola
nenſiū imperiū ſubiere. Parmenſes in ſocietate quodāmō
recepti ſunt. Franciſcus Sfortia ꝑ idem temp⁹ in piceno
agebat. q̄uis maiorem eius prouīcie ꝑtem iaꝫ amiſiſſet/ cū
Philipp⁹ nō multo antequā moriretꝛ ſibi ꝑ comunes ami/
cos reconciliatū vt ad ſe rediret in Venetos pugnaturus
accerſiuerat/ Rogato Alfonſo Rege/ ſibi vt ſeptuagita mi
lia auri numinū ſuo noīe nūeraret: quo facto. iam paratis
atqꝫ inſtructis copijs itineri ſe accinxerat. cum mors Phi/
lippi enūciata eum qui longo tempore ad Mediolanenſes
inhiaſſet magis ac magis ꝓperare compulit. queꝫ vt long/
bardiam primū ingreſſus eſt Mediolanenſes incerti. quo
mens eius inclinaret. ne vel ꝑ ſe ipſum vel cōiunct⁹ Vene/
tis ſuis ceptis obuiam iret. miſſis oratoribus ꝛ oblatis nō
paruis ſtipendijs conduxere mox qꝫ duce ſui exercitus fa/
cto. vt placentiam omnibus copijs obſideret imperauerūt
Ipſe dicto parens. dum ad placentiam in obſidione ſedet.
Papienſes quia iam Mediolanenſe imperium tanquam
faſtidioſum ꝛ inſolens detractarant ſe ſe ſibi dedentes acce
pit. que res Mediolanenſiū animos haud mediocriter cō/
turbauit. q̄ ꝑ ꝯuentiōes ihibitū Frāciſco dicebāt quāpiā ex
vrbib⁹ quā olim Philipp⁹ tenuiſſꝫ occupare. Frāciſc⁹ vo

non ſe occupaſſe. ſed dedentem ⁊ vltro ſe offerentem ciui/
tatem recepiſſe aiebat. At Mediolanēſes cum eius poten/
tiam vererent̄ diſſimulandū potius ſtatuere. Ille cōtinuata
apud placentiā obſidione. tandem ſumma vi oppugnare
adorſus vrbem. quāuis magna ⁊ forti militū manu muni/
tam armis tñ oppugnauit ac diripuit. Mediolanenſe regi/
men ꝑ id tempꝰ penes nobiles fuit ⁊ apud eos q̄ Philippi
quondā conſiliū direxere. Itaqꝫ res proſpere ſapientiū du
ctu cedebant. iam non parua gallorum manus (Nā circiter
tria milia equitū delecti roboris que alpes tranſierat) apud
Alexandriā profligata delataqꝫ fuerat/ ⁊ Veneti apud Ca
rauagiū magno prelio ſuꝑati omnes pene copias amiſerāt
⁊ lauda ab eorum īꝑio erepta in poteſtatem Mediola/
nenſiū redierat. Cum Franciſcꝰ Sfortia ad infeſtandum
Brixenſes miſſus. ſiue qꝛ principatū Mediolanenſem cuꝰ
oppinionem ſibi iam pridem finxerat. alio modo conſequi
non poſſe ſperabat. ſiue qꝛ Mediolanenſes cum Venetis
amicitiam ſocietatemqꝫ clam ſequētes ne ſolus vtriuſqꝫ po
puli preda relinqueretur. preueniēdos cenſuit prior cū Ve
netis foedus inijt. In quo cum multa hinc atqꝫ inde ꝓmiſſa
eſſent. Illud inter cetera conuenit. vt ad vrbem Mediola/
ni. ditionemqꝫ eius obtinendam Franciſco cū copijs ꝓfi/
ciſcenti Senatus venetus ⁊ pecunijs ⁊ armis auxilio eſſet.
qua re firmata mox in Mediolanenſem duxit. Militabant
eo tempore apud Mediolanenſes Bracciani qui cum Lu/
dowicum de verme. ac non nullas alias Franciſci copias
apud Modoetiam fudiſſent. tandem relictis Mediolanē/
ſibus ad eum defecere. Franciſcus filiam ſuam Jacobo pi/
cinino vxorem deſpondit. Karolus vero Gonzaga haud
ignotus copiarum ductor qui paulo ante a Mediolanen/
ſibus deficiens ad Franciſcum venerat poſtquaꝫ deſertos
eoſdem Mediolanenſes ⁊ ſine vllo duce relictos animad/
uertit iterum ad Mediolanenſes relicto Frāciſco tranſiuit.

Erat hic vaſto corpore. forma qꝫ pene giganthea. viribus vero que magnitudini reſponderent. dicendi copia clarus litteris grecis ac latinis inſtructus. ſed animo inconſtanti. ⁊ ingenio ad omne facinus ſiue honeſtum ſiue nepharium parato. cui non parua ſpes fuit oppreſſa in Mediolano libertate dominiū vrbis arripere. ſed fortuna iam Mediolanenſibus nouerchante. placentini: Terdonenſes. Nouarienſeſqꝫ ab eis deficientes Franciſci p̄ſidia receperūt. Alexandrini cum nullam in eis ſpem ſitam eſſe contuerent' Vilhelmi montis ferrati principis fratris imperio ſe cōmiſerunt. Res pub. medio tempore ex nobilitate in plebem defluxerat. lectiqꝫ viri duodecim qui vrbi de more preeſſent ex fece populari ignobiles atqꝫ incogniti magiſtratum gerebant: Hi cum nobilitatem (quam multis modis offenderant) ſuſpectam haberent. ne cum Frāciſco ſentiret ſuadente Gonzaga qui eam viam ad principatū vrbis arripiendum cōmodiſſimā exiſtimauit. Septem primarios ciues genere nobiles ⁊ opibus abundantes raptim interceptos per noctem obtruncauere: ac deinde in foro plebi ſpectaculum obicecerunt. Inter quos Jacobinus Boſſius egregius adoleſcens placidis moribus. ⁊ litteris eruditus. ⁊ nobis amicitia iunctus. prorſus innocens ſuppinus truncuſqꝫ iacuit. Nec diu poſt Johannem Caynum venerabilem ſenem et filium eius Franciſcum egregia forma iuuenem non alio crimine irretitos. niſi ꝙ Blance marie franciſci cōiugi ſanguine iuncti erant crudelibus affectos cruciatibus necauere. Exin Georgius lampugnanus iuris interpres ſub ſpecie legationis tanquā ad imperatorē mitteretur in Modoetia captus atqꝫ interfectus eſt magnus libertatis aſſertor. et ꝗ teſtamentum olim Philippi (populari fauens regimini) laniaſſet. Nec Theodoro Boſſio admodum in ciuitate gracioſo peꝑcerunt: quem cum diu in vinculis tenuiſſent. tandem interemerūt Galeochus quoqꝫ Tuſcan⁹: ⁊ ipſe natu

nobilis atque opulentus ciuis interciſus occubuit. Quib⁹
ex rebus cum iam nulla libertatis forma relicta eſſet ⁊ duo/
decim viri auſu Tyrannico vrbem cedibus ac rapinis fe/
darent ſucceſſorumqꝫ comitia prohibentes inuito populo
ſibiipſis imperium prorogarent. Commota deniqꝫ atque
incenſa ciuitas correptis armis nouo magiſtratu ex nobi/
litate creato tyrannos e Re pub. deiectos in carcerem con
iecit: at cum neqꝫ hoc modo reſpirare populus poſſet. Nā
perditis omnibus excepta ciuitate Comenſi ac Parmenſi
que in officio ad vltimum perſtiterat. Franciſcus dura ob/
ſidione ciuitatem premebat. iterū plebs incenſa nobilita/
tem e palatio pepulit tyrannos/ demptꝭ vinculis/ tanquā
libertatꝭ amatores ⁊ optime de re publica meritos in pri/
orem locum reſtituit. Illi ad priores artes reuerſi. Cum ſa/
tellites magno numero ſibi aſſumpſiſſent. multa qꝫ ſuadēte
Karolo ſpolia ꝑpetrarent. nobilitatem qꝫ prorſus oppri/
merent. non tamen ei viam ad inuadendum principatum
permiſere. quod cum ipſe animaduertiſſet. ⁊ iam ſibi peri/
culoſam apud Mediolanenſes moram intellexiſſet. per īter
nūcios Franciſco reconciliatus ac magnis allect⁹ premijs
laudam illi prodidit. Tertioqꝫ iam fidem fallens non ſine
magno Mediolanenſium dampno ac plebis conſternati/
one ad eum tranſiuit: non tamen defuit tyrannis animus
quin poſtulatis vndiqꝫ ſubſidijs Franciſci iugum iam ſꝑe
ceruicibus īminens excutere conarent: Sed cum alios fru/
ſtra rogaſſent. Venetos tandem (ne ſe derelinquerent) ꝑ
vicerunt. nam neqꝫ illis ex vſu videbatur Franciſcum etate
florentem rei bellice peritiſſimū/ cuius iam vires atqꝫ arma
non ſine graui iactura ſenſiſſent/ eo imperio potiri. quo ſuo
par tandem videretur: percuſſerunt igitur foedus Veneti
cum Mediolanenſibus/ Legeſqꝫ (quas tota citerior gallia
ſequi deberet) preſcripſerunt mandantes Sfortie vt certꝭ

contentus viribus ac terminis / Mediolanenſes in pace
dimitteret. Ille haud ignarus ſe breui periturum vbi Ve-
netis paruiſſet / imperiū eorum contempſit. ⁊ quāuis deſer
tus ab omnibus videret̄. Nam ſoli Florentini / ⁊ hij q̇dem
parce opem ferebant. in obſidione tamen ꝑſeuerare decre
uit. Jam mortuo Franciſco picinino frater eius Jacobus
cum bracchianis ad Venetos tranſierat / Jam Leonardus
venereus aut ſenatu Veneto miſſus Mediolanū ingreſſus
auxilia ⁊ cōmeatus magnam copiam quibus ciuitas idige-
bat / propediem affore pollicebatur. erat ⁊ in exercitu et in
ciuitate ſumma omniū rerum indigentia. ita vt dubium vi-
deri poſſet an obſidens Franciſci / an obſeſſus dici deberet
Vix ei bis mille equi ſuperant / qui ferre inſeſſorem poſſent
⁊ milites ſtipendio fraudati. pro cibis ſeſe armis exuerant:
Neqꝫ eni Frāciſco argentū erat quo ſtipēdari militi poſſet
Sed inter ſpem metūqꝫ dubius obſidionem de die in dieꝫ
verba pro factis oſtentans / producebat. In ciuitate vero
cum iam frumentum omne abſumptum eſſet: nec aliud ge-
nus edulij reſtaret. ⁊ iam canes. equi. ceteraqꝫ id generis
animalia manderent̄. nec ferre amplius famem multitudo
poſſet. collecti in vnum apud portam vercellinam / corre-
ptis armis in forum prorumpunt: obuiūqꝫ Leonardū ve-
netorum legatum gladijs confodiunt ac diſterpunt: exin
palacium fuſis tyrannoꝝ Satellitibus aggrediuntur quo
ſine reſiſtentia occupato quos īuenerunt tyrannis vincula
indidere. Exin miſſis ad Franciſcū legatis ꝑncipatū ei ciui
tatis obtulerūt / qui mox ingreſſus dominiū vrbis accepit.
⁊ deinde nō multis interiectis dieb⁹ cum liberis ac cōiuge
verſus ducalibus inſignib⁹ exornatus in triūphantī modū
vrbem intrauit: qui cum iam Comū parmāqꝫ in deditionē
accepiſſet: Vilhelmoqꝫ Monte ferratenſi Alexandriā ad-
emiſſet. nō paruū deinde bellū Florētinis ſocijs cū Venetis

⁊ Alfonſo Rege diutius geſſit. jn quo cum acrius premeret̄
Neq₃ enī tante potentie par eſſe poterat: Rhenatū regem
fortiſſimis equitū cohortibꝰ cinctū ex ulteriori gallia mag/
nis ſtipendijs ac ꝓmiſſis allectū in auxiliū accerſiuit. qui cū
ſupatis montibꝰ in jtaliam deſcēdiſſet. ac Vilhelmū e mōte
ferrato arma ponere ꝑ amicitiā ac neceſſitudinē cōpuliſſet.
⁊ iam caſtra ſua Franciſci caſtris cōiungens in hoſtilē agrū
deſcendiſſet. expugnatiſq₃ raptim nōnullis caſtellis more
gallico mortales oēs in eis cōprehenſos trucidaſſet. tantꝰ
mox terror Venetos iuaſit vt iam caſtra caſtris conferre
amplius nullo pacto ꝓſumerent. nec iam retinere poſſe vel
Brixiam vel Bergamū agris amiſſis confiderēt. Cumq₃
Thurcoꝝ bellū res eorum maritimas infeſtaret repente ꝑ/
ter omniū oppinionē pax que diu in ſenatu aplico fruſtra
fuerat agitata: deniq₃ apud landam interuētu cuiuſdā: ſ₃
probate ⁊ integrae inter monachi inter Venetos ⁊ ipſum
Franciſcum clam rege facta eſt. que res vt regi moleſta. ita
Franciſco vtilis/ Venetis neceſſaria fuit. Arcem deinde
inſanientis populi fauore dirutum/ Franciſcus breui reſtau
rauit/ mira fortune ſiue cuncta regentis dei prouidētia no/
bile ac magnificū opus hiſdem manibus ſubito refectū eſt.
quibꝰ fuerat paulo ante reiectnm. Franeiſcus philelphꝰ no
bilis Satyrarum ſcriptor ꝑ idem tempus ad heroicū car/
men cōuerſus/ res Sfortie ſcribere cepit: Leodriſius Cri/
bellus ſoluta oratione ac metro clarus haberi cepit. Apud
Venetos terra mariq₃ potentiſſimos que nomen jtalicum
apud Barbaras nationes. longe lateq₃ claru₃ fecere filius
Franciſci foſcari ducis veluti quippiā in rem publicā mo/
litus eſſet in exilium actus. deinde reuocatus. Et iterum in
ſuſpitionē criminis adductꝰ ⁊ crudeliſſime tortꝰ. cum nihil
mali ꝯfiteret̄ relegatꝰ i peloponeſſu₃ miſerā ibi vitā finiuit:
Gener eiuſdē duci Andreas donatꝰ/ dū cretā inſulam pro
Veneto jmpio gubernat/ dux inſule appellatꝰ. Reuocatus

domū honore priuat᷑. ⁊ magna mulctatꝰ pecunia in exiliuȝ mittit᷑. Armilaꝰ īter venetos dignitate ⁊ auctoritate potẽs dum ex cōſilio ad multā noctem domū reuertit᷑ iaculo trāſ/foſſus occidit᷑ nec ꝙ tantū ſcelus patrauerit iuentus eſt. quā id filio ducis crimini dederint. Franciſcꝰ barbarus ſtudijs hūanitatis excellens. editis nō paucis neqȝ illaudatis opuſ/culis ſenio cōfectus. nō ſine celebri noīe vita deceſſit: Im/perator Fridericꝰ cum Roma rediens. eo ſe cum cōiuge et Rege hūgarie. Ladiſlao. totoqȝ comitatu recepiſſet. libēter ⁊ amice viſus īcredibilibꝰ honoribꝰ cumulatꝰ eſt: Frāciſcꝰ dux gentis ꝙ annos quīqȝ ⁊. xxx. ſumma cum laude ciuitatē rexerat/ Philippo Mediolanenſiū duci/ Brixiā Berga/mūqȝ ademerat/ copias eius pluribꝰ in locis fuderat/ Frā/ciſcū carmimolā clarū ducem copiaꝝ de ꝓditione ſuſpectū ſecuri ꝑcuſſerat. Marſiliū caerariā cuiꝰ maiore diu patauiū ꝑ tyrannidē tenuiſſent/ dum paternā hertditatē vendicare conat᷑. interceptū necauerat: pacem cum Turchis nō tam honeſtā quam neceſſariā fecerat. Imperiūqȝ venetū terra mariqȝ longe ampliauerat. Gubernationi tandē cedere cō/pulſus eſt. tanqȝ ꝓ ſenio rei pub. videret᷑ inutilis. Ille veluti cōtumelia affectꝰ: ingrate patrie aſpectū non ferens. Eāqȝ vitam recuſans que carceret jmpio e publico palatio in pri/uatam domū ſe recepit. vbi cum ꝓncipatū ſuis ciuibꝰ red/didiſſet. egram quoqȝ cōfeſtim aīam nature reſtituit. Cuius caſum tanquā ꝓuidiſſet Baptiſta piciſius Cremonēſ aſtro/nomus/ pluribꝰ antea menſibꝰ ꝓdixerat. Erat aūt Frāciſcꝰ cum moreret᷑ non longe ab anno ſue vite nonageſimo. Ve/nerabilis ſenex/ precipua corpis maieſtate decorus: mēor omniū que poſt infantiam aut vidiſſet aut audiuiſſet/ facū/dia copioſu ⁊ ingenio prompto ac dexterrimo. ⁊ qui mode/rari frena ſenatus optime noſſet. eius pater in Aegipto ne/gociatꝰ cum ꝓphetam regionis illius quenpiam de futuris interrogaret reſponſum ab illo accepit filiū ſibi eſſe. ꝙ aliqñ

ſue ciuitatis principatū aſſequeret̃. Frãciſco ſuffectus paſ/
chalis vir ſingulari prudentia ⁊ morib⁹ humaniſſimis: cui⁹
ducatū nulla putāt bella ſuſcepturū. niſi vel neceſſaria. vel
admodū glorioſa. Ludowicus Marchio Mantuan⁹ inter
principes noſtri ſeculi fame nō mediocris. litteris eruditus
⁊ rebus militarib⁹ exercitat⁹ in eo bello qđ Ueneti cū Frã
ciſco Sfortia poſt dominiū Mediolani ab eo captū geſſe/
re. ptes illius ſecut⁹ magnū momentuꝫ rebus eius acceſſit.
Karolus frater eius qui fidem Frãciſco fefellerat in vincu/
la cōiectus. ſub eius fideiuſſione dimiſſus. cum neq̄ ſic pro
miſſione ſue faceret ſatis omnib⁹ que in mãtuano agro te/
nebat oppidis priuat⁹ eſt. Sed cum ſtipendia Ueneti fa/
ceret. nō paruus eoꝝ copias in Mantuanū duxit. vbi va/
ſtatis late atq̄ incenſis agris cum fortuna/principiuꝫ eius
belli ſecundū feciſſet. Et iam Mantuani metu pculſi rebus
ſuis diffidere viderent̃. Ludowic⁹ accerſitis ex Mediola/
no auxilijs milites ſuos in aciem producens fratri copiam
pugne fecit. nec ille certamen detrectauit. Commiſſum eſt
atrox preliū in quo duo fratres ambo etate florentes. ãbo
rei militaris periti. ambo corpis atq̄ animi virib⁹ preſtan/
tes: de gloria de jmpio de vita ſummis conatib⁹ cōtendere
Deniq̄ victor Ludowic⁹ fuſo fugatoq̄ Karolo. oēs eius
copiarū duces ac primores equitū ceſis plurib⁹ intercepit.
Ille deinde patria extorris atq̄ egenus morbo confectus
interijt. Apud ferrariã mortuo Nicolao Eſtēſi pncipe oīm
noſtri ſeculi fortunatiſſimo. niſi cōiugis adulteriū ⁊ in ea et
in filio dilectiſſimo vindicare olim coactus fuiſſet. Leonel/
lus dominatū ſuſcepit. princeps pacificus. litterarū pitus/
⁊ muſice cultor. quo decedente Borſius frater eius ⁊ ipſe
Nicolai filius ex cōcubina Ptolomea Senenſi ad princi/
patum vocatus eſt. Egregia forma iuuenis ⁊ in armis cum
laude verſat⁹. dicendū ⁊ agendum peritus. qui cū ceſarem
Fridericū Romã petentē. ⁊ inde reuerſuꝫ magnificētiſſime

accepiſſet ſuꝑ Mutinam ⁊ Regiũ ducatus honorem acce/
pit primuſq; oīm in Eſteñ familia dux appellatus eſt. Euge
nius pontifex dum Ferrarie cum grecis conſilium ageret.
Hugo Senenſis qui ꝑ id tempꝰ medicoꝝ ꝓnceps habitꝰ
eſt. omnes qui ex grecis ſtudioſi philoſophie eo conueniſſe
crediti ſunt: apud ſe iuitauit. quos cum opipare magnifice
q; pauiſſet. finito prandio epulis menſeq; remotis. eos in
diſputationem pedetentim placideq; pellexit. Cum iam
Marchio Nicolaus adeſſet: ⁊ multi in ſynodo excellentes
philoſophi aduentaſſent. cũctos in mediũ philoſophie lo
cos adduxit. de quibꝰ inter ſe Plato ⁊ Ariſtoteles in ſuis
opibus contendere ac magnope diſſentire videntur. dicēs
eam ſe partem defenſurum quam greci oppugnandã du/
cerent ſiue Platonem illi. ſiue Ariſtotelem ſequendum ar/
bitrarentur: cum greci certamen minime recuſaſſent. pro/
tracta eſt ad multas horas diſputatio. poſtremo cum Rex
cõuiuij Hugo grecorum philoſophos alterum poſt alterũ
argumentis ⁊ dicendi copia victos tacere compuliſſet. pa/
lam factum eſt. latinos homines. qui iam p̄dem bellicis ar/
tibus ⁊ armorum gloria Greãci ſuperauerant. etate noſtra
etiam litteris ⁊ omniũ doctrinarũ genere anteire. fuit autē
domus Eſteñ iuris ſemꝑ doctis amica noſtra etate non ſo/
lum Hugonem de quo prefati ſumus magnis ad ſe p̄mijs
traxit. Sed multos in iure ciuili. plures in ceteris faculta/
tibꝰ honorauit. In ſtudijs vero eloquentie Johannē Au/
riſpam ſiculum/ grecis ac latinis litteris edoctum: ⁊ q̄ verſu
proſaq; claruit inter familiares habitum/ ditem beatumq;
fecit Guarius autem Veroneñ omniumq; ferme pater ac
magiſter qui noſtra etate grecas litteras didicere admira/
bilis ⁊ omni honore dignus ſenex. qui omnem etatē ſuam
legendo. docendo. ſcribendo percurriſſet. vnicum ſenectu
tis ſue refugium. ⁊ illud quidem honeſtum. dignumq; ſuis
exercitijs ac virtutibus inuenit.

In agro Bononienſi pirum quandā aridam ex minoribus
formicis paſtus cauſa cōplures aſcenderāt. ſupuenere ma/
iores nō paruo nūero que illas ꝑtim occiderūt ꝑtim deie/
cerūt. Poſt duas ferme horas. tanta minoꝝ formicaꝝ vis
exorta eſt. vt totus ager nigro tectus agmine videret̃ ac/
ceſſere ſtipate oēs: ⁊ arboris vndiqꝫ ſtipitem circundantes
paulatim aſcendere ceperūt. Maiores formice vbi hoſtes
adeſſe animaduerterūt cōglobate ſuꝑne pugnā expectaue/
runt. Poſtquā ſimul acies cōuenere. cōmiſſo ꝓlio maiores
morſu rabido modo illas modo iſtas e minorib⁹ īteremere
totqꝫ breui ſpacio confecerūt vt cadentiū morientiūqꝫ cu/
mulus ad piri radices nō puus in terra ſuccreuerit. Sed cū
ꝑtinatius inſtarēt miores. ſempqꝫ acies/ aciem premeret.
vigintiqꝫ aut plures vnam ex hoſtib⁹ circūdarent ⁊ a tergo
⁊ a fronte pugnantes vndequaqꝫ latera confoderēt. victe
tandem maiuſcule: ⁊ ad vnū oēs necate illati prius temere
prelij penas dedere. Hec acta ſunt ſpectantibus. Romane
eccleſie copijs/ cum Petri cathedrā Eugenius q̃rt⁹ teneret
ea nobis q̄ ſe vidiſſe ait vir fide dignus ⁊ auctoritate retulit
Nicola⁹ piſtorieſ vtroqꝫ iure conſult⁹. q̄ tum in caſtris apo
ſtolicꝭ Nerij ſenenſis epi vices agebat. Simile hoc illi ē qđ
in gallia belgica nō longe ab vrbe Leodio conſtanti fama
geſtū ferunt/ nidū ſiue in arbore ſiue in rupe falco ſibi para/
uerat. ouaqꝫ fouens pullos auidus expectabat. hunc corui
ſupuenīetes loco deturbauere. ouis eius effractis ac voratꝭ
Spectauerūt id e ꝓximo bubulo. fugientēqꝫ trepidū falco
nem ānotauere. poſtridie mirabile dictu falcones. Coruiqꝫ
q̄ſi ex toto orbe ad pugnā vocati. Iſti ſeptentrionē illi me/
ridionalem ꝑtem tenentes ordinatꝭ aciebus ⁊ tanquā ra/
tionis capaces eſſent. Alijs q̄ cornua obſeruarent. alijs qui
media ducerent agmina diſpoſitis atrox ac ferociſſimū pre
liū in aere cōmiſerūt. In quo cum modo corui. modo fal/
cones cederent. ⁊ iterū reſumptꝭ virib⁹ certamen īſtaurarēt

totus vndiq; ſubiectus ager ꝛ pennis ꝛ cadaueribus obte/
ctus eſt. Ad extremū victoria penes falcones fuit. qui non
ſolū roſtris ſed etiam vnguib⁹ acerrime decertātes. coruos
oīs ad internicionē deleuere. Exin paruo tēpore interiecto
cum duo de Leodienſi eccleſia cōtendentes. alter a Grego
rio tertiodecimo: alter a Benedicto duodecimo ī epiſcopū
elect⁹ (erat enī inter illos d' Romano pontifice diſceptatō)
ambo cum copijs in eundem locū pugnaturi venerūt. Jo/
hannes dux Burgūdie alterū armis iuuit. alterū Leodienſ
populus ſequebaē. pugnatū eſt collatiſ ſignis ſūma vtrinq;
cōtentione/ horrendū cruentūq; prelium factum. In quo
tandē victor Johānes dux. xxx. milia hoſtiū cecidit. mēo/
rabile eius rei fanū/ conditū eſt. qđ nos illac poſtea trāſe/
untes ceſorum oſſib⁹ plenū vidim⁹. Sed de bello falconū
atq; coruoꝝ ſuam cuiq; oppinionē relinquim⁹: veri ꝑiculo
penes famā dimiſſo. Bononia que nō tam ſtudioꝝ mater
quam ſeditionū altrix appellari pōt. ſoror ꝛ ipſa ciuitatis
Genue. ac ſolius incōſtantie cōſtans. Cum factionē lambe
cariam non ſine cede multoſq; ciues domo pepuliſſet Co/
mū Cōnetuloꝝ ac Bentiuolioꝝ conſilio Regi cepit: Prin
ceps factionū baptiſta. Cōnetulus ꝛ Hanibal Bentiuoli⁹
fuere ambo ſanguinarij. ambo patratis cedib⁹ inſignes. q
licet ſimul cōpactatiſ ſacramēto iūcti eſſent. nihil tn̄ inter ſe
meliores fuere. Nā hanibal leuato d' ſacro fonte Baptiſte
filio: viſurus puerperā cōpatrē ſequiē. eiq; manu prenſo ꝓ
nouo nato congratulaē: ab irruentib⁹ ex improuiſo Baptiſte
ſatellitib⁹ obtrūcatur: vt manifeſte apparuerit baptiſmi ſa/
cramentū non tam foederis retinendi quā cedis patrande
cauſa a Baptiſta queſitū fuiſſe. ſed non multa mors Hani/
balis fuit. Nā q partes eius ſequebanē. ſumptis paulo poſt
armis fugatiſ aduerſarijs plateā obtinuere. Baptiſta in iu/
dicio tandē puerili in ſpecu quodā ſub terraneo cū pleriſq;
complicib⁹ ſuis latitans reptus ꝛ fumo cōpulſus exire mox

pluribus vulneribus confoſſus eſt. Cadauer eius in forum
tractum ⁊ diu ludibrio habitũ / cum pleriq; more ferarum
cor eius dentibꝰ laniaſſent. cruoreq; bibere nõ horruiſſent
tandem exuſtum eſt/ Apud Florentiã ꝑ id tempꝰ Xancthꝰ
latebat Herculis Bentiuolij quẽ quondã Eugenius pont.
max. interfici ſiue iuſſerat ſiue ꝑmiſerat filius extra matri/
moniũ natus. pauperem vitam lanificio ducens / nec ſatis
gnarus/ quo patre genitꝰ eſſet: hunc Bononienſes eueſti/
gio vocant. recuſantem ⁊ quodãmodo iuitum in patriam
ducunt. equitem ex lanifice faciũt. tutorem Hanibalis filio
rei pub. principem tradunt. Cuius ea in rebus aduerſis for
titudo. ea in ſecundis moderatio hactenus oſtenſa eſt. vt
Herculis filium omnes norint/ qui cum exules ꝑ ꝓditionẽ
nocte quadã vrbem intraſſent ac exercitꝰ rumore quaſi vi/
ctores inſaltaſſent. haud quaquã deſtitutus animo excitis
amicis. correptis armis in eos proſilijt: nec mora victos/
ceſis captiſq; pluribꝰ/ ex ciuitate deturbauit. Beſſarion eo
tempore Cardinalis Nicenus natione grecus prudentia
ſingulari ⁊ noſtra ſuaq; lingua ꝑitiſſimꝰ Nicolai quinti pont.
max. in ea vrbe vices gerebat: qui vſq; ad ipſius pontifici
obitum legationĩ functꝰ nobilitati plebiq; iuxta carus fuit.
quãuis eo deducta ciuitas eſt. vt legati pape rogare magis
quam imperare queant. quod plane nũc experitur: Ludowi/
cus ſancrorũ quatuor coronatorꝝ Cardinalis legatus. qui
q̃uis ingenio valet: ⁊ ea preditꝰ eſt auctoritate. que ſummi
ſacerdotis nepoti deberet. non plus tamen in vrbe poteſt/
quã ſenatui placet ⁊ Xancto. ¶ Florentiã vrbem in feſula
nis ruinis ad ripas Arni fluuij conditã/ priſci hoies fluen/
tiam vocauere. que cum auſpicijs fundata felicibꝰ vicinas
ꝑ circuitum ciuitates excellere miriſq; modis imperiũ ꝓpu/
gnare cepiſſet. Florentia longe melius quã fluentia dicta ẽ
In hac vrbe. pont. max. Eugenius quartꝰ id concilium qđ
Ferrarie cum grecis ceperat magnifice conſumauit. Erant

plures inter grecos ac latinos ſup̄ archanis orthodoxe fi/
dei cōtentiones. Quarū maxima ac difficilima fuit. de ſan/
cti ſpiritus pceſſione. cum greci paclitum ex patre dūtaxat.
noſtri ex patre filioqꝫ pcedentem aſſererent. Poſt multas
ac diuerſas diſputationes / in quib⁹ tanquā interpres. Ni/
colaus Sagūtinus vtraqꝫ lingua diſertiſſim⁹ / ingenio fa/
cundiaqꝫ iuxta pmptus / illuſtre nomen adeptus eſt / tandeꝫ
cum latina eccleſia in vno fidei ſimbolo cōſenſere. Ciuitas
imperatorem grecoꝝ ⁊ patriarchā Conſtantinopolitanū et
oēs eorum comites abunde lauteqꝫ pauit: Patriarcha illic
ſenio confect⁹ deceſſit. ⁊ apud predicatores intra eccleſiaꝫ
humat⁹ eſt. Cui Maffeus Vegius poeta laudeñ non igno
bilis epitaphiū verſibus imparib⁹ edidit Nicolaus picini/
nus illuſtris copiarū ductor ab exulib⁹ Florentinis inuitat⁹.
Veſullanū ingreſſus agrum qui a Florentia decem milib⁹
paſſuū ab eſt: hoſtiliter cūcta diripuit nec diu poſtea ī agro
Aretino cum Eugenio ſimul ⁊ Florētinis bellum intuliſſet
apud angleriā magno prelio victus ⁊ profligat⁹ eſt. Ludo
uicus Archiepūs Florentin⁹ apoſtolicis tūc copijs p̄erat.
quia ea victoria nobilitat⁹ ad Cardinalatum paulo poſtea
prouect⁹ eſt. Eugenius enim ⁊ vnione grecoꝝ facta ⁊ pi/
cinini metu depoſito. mente atqꝫ animo auctus ſeptem et
decem Cardinales creauit. Viros aut genere illuſtres. aut
virtute p̄ſtantes. aut vite ſanctitate cōſpicuos. Inter quos
⁊ duo greci aſſumpti ſunt. Iſidorus Archieps Ruthenorū
Beſſarion Nicenorum pontifex quorum ſupra meminim⁹
Alfonſus rex Aragonum rogatus a Philippo Maria vt
antea dictum eſt ſibi aduerſus Venetorum potentiā opem
feret coacto non paruo exercitu profecturus in Galliā iter
ingreſſus eſt. Sed ante Philippus obijt: quam ipſe Ti/
buri quo iam appulerat digrederetur. audita vero amici
morte ⁊ ꝙ ab eo nuncupatus heres eſſet in Sabinos pro
fectus magnificentiſſimo illi funere iuſta perſoluit. deinde

trāſmiſſo Tiberi recta via ī Florentinū duxit. eo vt aiebat aio vt Florētinos revocare ſuas copias ex gallia cogeret: atqz ita p Tuſciā pacatā ⁊ ſibi amicā ad opē mediolanēſib⁹ ferendam. quo Veneti belli premebāt pficiſceret. Noluerunt Florentini ab Alfonſo rogati venetoꝝ ſocietatē deſerere. Quapropter Alfonſus in agrum volaterranū profectus. pomaratiū haud ignobile oppidū portas claudere auſum eo ipſo quo venerat die copijs circūpoſitis vi cepit ac diruit. deinde ad caſtrum nouū in agro mouit: Cuius incole audita pomaracij clade cōfeſtim abſqz certamine in deditionez venerūt. Idem fecere aliquot caſtella circūiecta. Exin Mōtecaſtellū natura ⁊ opere munitū obſedit: quo tempore ea imbriū magnitudo. eaqz vis ventoꝝ exorta eſt: vt neqz extra tentoria quieſcere milites poſſent: multis eorum diſcerptis p inane raptatis. quib⁹ ex rebus. ⁊ qd annone inopia laborabat. mouens inde Alfonſus Campiliā duxit. ſz quoniā Florentini id oppidū pſidio ⁊ annona firmauerāt fruſtra ibi ptēdit. Caſtella tn̄ aliquot finitima in Gerardiſca (id ei regioni nomen eſt) recepit. atqz illis reſtituit. quibus Florentini pus ademerāt. Erat in comitatu Regis Simonetus mille ducens equites. q finito Florentinoꝝ ſtipēdio ad eum tranſiuerat. Sigiſmūdus aūt Malateſta. quem rex antequā Tuſciā ingrederet cum equitib⁹ mille ⁊. dccc. pe ditibus vero. dc. cōduxerat cum ab eo indies expectaretur ad Florētinos tranſiuit. Frideric⁹ quoqz vrbinaciū pnceps notus ⁊ clarus in armis Florentinoꝝ ſtipendia faciebat. q cū eſſent equitatu peditatuqz haud iferiores Rege/ oēmqz illi expugnandoꝝ oppidoꝝ facultatē priperent. nō fuit regi conſilium in obſidione campille pſeuerare ⁊ preſertim cp in montib⁹ cōmeatus penuria premebat: diuertit igit ad loca maritima: ⁊ apud populoniā olim fama celebrem: nūc dirutam vrbem cōſedit. quo in loco facile ſibi ex Regno Neapolitano ⁊ frumenta ⁊ bellica tormenta nauibus afferri

poterant. Abeſt inde tribus ferme milibus paſſuū Plum-
binū nobile oppidū. In cuius obſidione de qua poſtea di-
cemus. Laboranti Regi Caſtilionū ⁊ ipſum nō parui mo-
menti oppidum prodente Florentinoꝝ preſidio traditum
eſt preter artem. quā cum Simonetꝰ obſediſſet paucī poſt
diebꝰ ꝑ deditionē accepit. dum vero Rex paulo ante apud
aquam viuam hibernia ageret a legatis Mediolanenſibus
aditus eſt. qui opem eius implorātes. In eo loco decerni
bellum aduerſus Venetū Senatum obtinuere. Iam enim
Franciſcꝰ Sfortia Mediolanenſi populo indignatꝰ. Ve-
netoꝝ auxilio fretus. eos ſubigere ſibi ſummis conatibꝰ ni-
tebat̄. quorū paulo ante fines ⁊ arma ꝓmouerat. Cū vero
Rex ſoluta Plumbini obſidione Neapolim rediſſet. ⁊ de-
inde in pelignos ſeceſſiſſet. Florentini legatos ad eū mi-
ſere. pacem petentes. Quibꝰ accepta fide in caſtra ꝓfectis
poſtquā mandata expoſuerūt. bellumqꝫ excuſarūt Antonij
Cardinalis Ilerdeñ noīati inter primos theologi opera:
qui id negocij de pontificī voluntate ſuſceperat. paucī poſt
diebus ea lege pax Florentino populo reddita eſt. vt Ca-
lionū ⁊ inſula Gilij que ipſius belli tempore Florētinis ere-
pta fuerant in poteſtate Regis remanerent. Sed cum Frā-
ciſcus Sfortia Mediolano potitus eſſet. omneſqꝫ pontes
⁊ arces apud Abduam tanquā Mediolaneñ a Venetī re-
peteret. Alfonſus qui tum Frāciſco eſſet infenſus. e re ſua
eſſe ratus illum ne tradices in tanto jmꝑio ageret. Impe-
dire ꝑ Leonellū Marchionē Eſtenſez reconciliatꝰ Venetī
⁊ cum eis amicitia ſocietateqꝫ facta. Florentinis Franciſci
fortunā ſecuti ⁊ armis ⁊ pecunia eum iuuabāt. ſecundo bel
lum indixit. Ferdinandū filium in expeditionez contra eos
mittendū duxit. Erat is eo tempore admodum adoleſcens
ingenio eximio. ⁊ ad cunctas optimas artes docili ac para-
to. liberalibꝰ diſciplinis inſtitutꝰ. armorum tractandorum
ſcientia edoctus. glorie cupidus. inedie ac laboris patiens

cui pater ſex milia equitum. duo milia peditum cōmiſit. fu/
erūt ꝛ in exercitu eius comes Euerſus ꝛ Urſinꝰ Neapoleo
haud cōtempnendi copiarū duces. Fridericꝰ quoqꝫ vrbi/
nas. q̄ ſupiori bello Florentinoꝝ arma ſecutus erat in eius
exercitu militauit. Florentini vero poſtquam iminere belli
ſibi tempeſtatē ſenſerunt. Eſtorem fauentinū Simonetum
quem ſupra noīauimus. ac Sigiſmundū Maleteſtem. Po
ſtremoqꝫ Alexandrum Sfortiam conducere. q̄ ſimul iūcti
ſupra decem milia equitum. peditum vero magnuꝫ nume/
rum in caſtris habuerunt. Ferdinandus tamen per agrum
Cortonenſem in Aretinū copias duxit. vbi Caſtellis aliq̄/
bus non magni nominis vi captis atqꝫ direptis. Folianuꝫ
non parui momenti oppiduꝫ cum oppugnare cepiſſet: nec
hoſtes auxiliū ferrent poſt dies. viij. ꝑditionē accepit: Eq/
tatum Eſtoris apud montem Politianū pluribus captis.
nōnullis occiſis fudit ac fugauit. Renciniū in agro Floren/
tino vi expugnauit: Caſtellinam vero cum obſediſſet hiber
no rigore in valeſcente receſſit. ꝛ in maritima loca ad aquā
viuam patris exemplo ſeſe recepit. quo tempore ꝛ Antho
nius Olzina vadam in littore maris ſitam nauibus occu/
pauit ꝛ ampliori foſſa a terra comuniit. quo ex loco Piſa/
num ꝛ Volterranū agrum infeſtum reddidit. Cumqꝫ in
terra Florentinoꝝ duces ad folianū caſtra nouiſſent. vellet
qꝫ Ferdinādus auxiliū obſeſſis ferre: tanqꝫ itineri ſe cōmu/
niſſet. tāta in caſtra lues conſecuta eſt. pꝛelanguentiū nu/
mero nō modo ad rem gerendam. ſed vix admouenda ca/
ſtra ſatis eſſet. Ob quā rem Folianū interea ſūma vi oppu
gnatū. nec minori virtute defenſum. tandem ab oppidanis
clam preſidio traditū eſt: qui tamē paulo poſt ꝛ ipſi victoꝝ
preda fuere. oppidū incenſum ac ſolo equatum. Per idem
quoqꝫ tempꝰ Berardus gambacurta dum caſtella quatuor
que pater a Florētinis acceperat intra apenninū ſita Fer/
dinādo tradere vult ab vno e ſuis ꝑditꝰ/Caſtellis amiſſis/

diu Regem mendicando ſecutus eſt. Exin pace apud laudā
(vt diximus) facta reuocatus a patre Ferdinādus in Re-
gnum conceſſit. Florentini que amiſerant/ cuncta recepe-
runt. Baldatius pedeſtriū copiarū haud ignobilis ductor.
manu promptꝰ ⁊ audax. Cum diu Florentinoꝝ/ ſtipendia
meruiſſet: in palatiū tādem accerſitus. dum magiſtratui cō-
tumaciter reſpondet. captus ex altiſſimis feneſtris in foruꝫ
precipitatur: qui quamuis magno caſu/ iam expiraſſet. ſibi
tamen ceruix obſciſa eſt. Inter Florentinos omnes qui no
ſtra etate floruerunt. Coſmus cognomine medicus. ⁊ pru-
dentia ⁊ auctoritate eminuit. Is princeps vrbis habitus.
Senatuꝫ quo voluit impulit. ciuitati leges ex arbitrio dixit
inopes ciues complurimos ditauit: Matrimonia/ conſti-
tutis ex argento ſuo dotibus/ multa iunxit. villas magni-
ficentiſſime exedificauit. In eccleſias ditiſſima dona con-
tulit. Monaſteriū ſancti Marci ⁊ amplum ⁊ nitidum a fun
damentis erexit: Parrochie ſue templum cum ſibi parum
placeret prorſus diruit. Exin ſtructuram admirandi operis
ex lapide feſſulano ſuſcitauit: edes ſuas quamuis ornatiſſi-
mas erexiſſet/ amplius tamen meditatus opus/ palatium ⁊
altum ⁊ ingens ex quadratis lapidibus inſigni vrbis loco
adeo pulchrum adeo amplum conſtruxit. vt alteruꝫ equari
tota ciuitate non poſſit. Commendanda eſt multis in re-
bus Florentinorum prudentia. tum maxime quod in le-
gendis cancellarijs non iuris ſcientiam. vt plereqꝫ ciuita-
tes. Sed oratoriam ſpectant. ⁊ que vocant humanitatis
ſtudia: norunt enim recte ſcribendi dicendiqꝫ artem. non
Bartholum aut Innocentiū: Sed Tullium Quintilianū
qꝫ tradere. Nos tres in ea vrbe cognouimus. grecis ⁊ la-
tinis ⁊ conditorum operum fama illuſtres qui cācellariatū
alius poſt alium tenuere. Leonardum ⁊ Karolum aretinos
⁊ Pogium eiuſdem rei pub. ciuem/ qui Secretarius apo-
ſtolicꝰ tribꝰ quondam Romanis pontificibꝰ dictarat eplás

Jnos p̄ceſſerat Colucius. cuius ea dicēdi vis fuit: vt Ga leatius Mediolanenſiū princeps. qui patrum noſtrorum memoria grauiſſimū Florentinis bellum intulit. crebro au/ ditus ſit. nō tam ſibi mille Florentinoꝝ equites quã Co/ lucij ſcripta nocere. diſceptatū eſt diu inter Florentinos ob pecuniaꝝ exactiones. que tenuiores ciues magis quã opu lentes vrgebãt hijs diebus Coſenciēte Coſino noua Ca/ thaſti. id eſt fortunaꝝ cuiuſcꝫ ciuis deſcriptio cepta eſt. quã rare factã ſine tumultu motu cꝫ populi ferūt. At nūc quiete tranquilleqꝫ tranſit. Lucenſes q̄ noſtra memoria bis Flo/ rentinoꝝ obſidionem ꝑpeſſi. bis Philippi Mediolanēſiuꝫ ducis auxilio ſuam libertatē defendere. Ad extremū tū vi/ cinis virib⁹ pares eſſe non poſſent: nec facile īuenirent. qui quotiens hoſtis premeret. totiens ferret opem/ feodus in q̄nquaginta annos cum eis ꝑcuſſere. eas leges ſubeuntes. quas dicere potētiores. Jnter Florentiã ⁊ Senam apud oppidū qđ Caſſiani appellãt: Anno poſt iubileū ſexto viſe ſunt nubes viginti. vt ferunt. cubitꝭ a terra ſublimes/ īter ſe ſe mirabili Venetoꝝ impetu agitare depugnare. ⁊ altere al teras pellere: ⁊ mutatꝭ ſepe vicib⁹ pelli que pepulerant. Jn/ terea ſūma īcredibili ſpirit⁹ violentia domoꝝ tecta ꝑ inane iactari/ muros deici/ ⁊ ſaxa ingentia loco moueri: vetuſtiſſi mas oliuas ⁊ antiquiſſima quercū robora radicit⁹ conuelli atcꝫ cōfringi/ hoīes ac iumenta nō paruis ſpacijs ꝑ celum ferri. ac raptari/ hec nobis qui ſe vidiſſe aiebant retulere. Sed magis nos vt crederem⁹ epiſtole a grauiſſimis viris de hijs reb⁹ Alfonſo Regi dum apud eum agerem⁹ ſcripte ⁊ in p̄ſītia noſtra lecte cōmouerūt. ¶ Urbs Sena vñ mihi origo eſt. Secundū hodie locū in etruria obtinet: ameniſſi mo ſita loco. ⁊ ſi mihi fides habenda eſt. populo necꝫ rudi necꝫ invrbano. Huius rectores qui nobilitate' poſt poſita (que fuit in ea ciuitate tota ytalia memorabilis) ⁊ parte po puli/ quam duodecim appellant prorſus conculcata/ multꝭ

annis in pace quieuerant. Inter ſe tandem duas factiones habere ceperũt. que pro vt ſuo rei cõducere arbitrate ſunt ita ſe vel populis vel italie principib9 cõiunxere. Cuȝ vero Rex Alfonſus in Florentinos vt antea relatum eſt duceret factiones. ipſe manifeſtius patefacte. Altera regiũ bellum contra Florentinos iuuandũ eſſe conſuluit. Altera cũ Florentinis auxiliũ dandum eſſe ſuadere non auderet. Diſſimulandũ eſſe cenſuit. Uicerunt primo regis amici. ꝛ i eius caſtra cõmeatus miſere. Sed cum Rex ad ſeptum lapidem vrbi proximus caſtrametat9 eſſet: diſſeminãtibus in plebe qui Florentinis ſtudebant. Alfonſum non tam Florentie quam Sene dominiũ querere/ tota vrbe trepidatũ eſt: et armati ad portas diſpoſiti: haut aliter Alfonſi milites. quã libertati ſue inſidiantes obſeruauere. Cõminuit aliquãtiſꝑ eam populi ſuſpitionem. Franciſci Martorellus preſtanti vir ingenio. ꝛ quo Rex libenter vteretur: legatus ad eos miſſus: Sed cum non tam Regis amore aut odio quã priuatis ciuiũ contentionib9 rei pub. conſilia turbarent. adeo tenuiter annona in caſtra Regis deportari ꝑmiſſa eſt: vt et Florentinis ſimul ꝛ Regi videretur illuſum. Idem factum cum Ferdinandus regis filius alio poſtea tempore in eoſdem Florentinos duxiſſet: neqȝ enim principio eius aduẽtus ſatis ei fauentes fuere. Sed Ueneti cum Senenſibus ac Regi feodere iuncti eſſent. vſqȝ adeo Senenſes legationibus agitarunt: vt ꝛ ipſi ſocietatem tandẽ regis inierint belliũqȝ Florentinis publice indixerint: quod breui ſopituȝ eſt: Uenetis apud laudam inconſulto rege pacem recipientibus: Poſt hec Senenſibus aliud eueſtigio belluȝ exortũ eſt aduerſus Ildebrandinũ pitiliani comitem in quo ducibus vſi ſunt Sigiſmundo Malateſta: ꝛ Gilberto Corrigienſi. quorum potentia non hoſtibus tantum quantum ipſis Senenſibus formidanda fuit. Suborta inter Sigiſmundum ꝛ Senenſes diſcordia: cum ſeſe ille ſuſpectuȝ eſſe

animaduerteret non ſine ſuo ⁊ Senenſiū dampno receſſit
Gilbertus cum Senenſibꝰ pſeuerauit. Interea comes Ja
cobus picininus. qui iam pridem apud Venetos ſtipendia
faciens non ſine laude rerum geſtarum eorum copias du/
xerat. cum pace vbiqꝫ parta ſtipendio careret. in etruriam
properans. Senenſes iure paterne amicitie vt ſibi auri vi/
ginti milia mutuo dent miſſis legatis expetit. quod cū fru/
ſtra fuiſſet. acies in eos cōuertit. ⁊ ingreſſus Senenſem a/
grum. pleraqꝫ oppida partim vi. partim proditione rece/
pta diripit. Calixtus tertius. qui recens pontificatuꝫ inie/
rat copias ſuas Senenſi auxilio mittit. Idem Franciſcus
Sfortia. Idem Florentini faciunt. Veneti quoqꝫ ꝑ feo/
dus requiſiti auxilium. quāuis tenue prebent. Cōmittitur
ex improuiſo prelium. ex quo ſine magno partiū dampno
diſceſſum eſt: Jacobus cum exercitu coactus eſt. Caſtilionū
ſeſe recipere/ qđ Regis oppidū eſſe diximus a Florentinis
priori bello receptum. vbi quāuis acriter oppugnaretur.
expugnari tamen non valuit. Inter hec Gilbertus in ſuſpi
tionem actus. tanquā cum picinino ſentiret. cuꝫ eius rei nō
parua extarent iudicia: vocatus ad vrbem in ſenatu Se/
nenſi trucidatus eſt: ⁊ ꝑ feneſtram in forum proiectꝰ. Pi/
cininꝰ paulo poſt vrbetellum natura loci munitiſſimū op/
pidum ꝑ proditionem obtinuit. Vna enim tantummodo
via: eaqꝫ arctiſſima. ⁊ arcis oppoſitionē defenſa poteſt adiri
reliquas partes ſtagnum claudit. paruis dumtaxat leuibus
cimbis nauigabile vbi cum frumēti viniqꝫ copiam picini/
nus reperiſſet. tamdiu ſe continuit. donec pace apud Regē
Aragonum firmata. in regnum ſeſe recepit. ſed ea pax ex
terno Senenſes ſoluit: Interno magis ac magis implicuit
Nam Regis amici tanquā bellorum cauſa fuiſſent. picinini
qꝫ ſtudia fouiſſent. partim ſecuri percuſſi ſunt. partim rele/
gati. Multi cum ſibi periculum in patria iminere cernerent
ſponte in exiliū abiere. adeoqꝫ in eos q̄ ſuſpecti habiti ſunt.

ſeueritas exercita eſt: vt etiam Florentinis videatur eſſe ſe/
uitum. Nec dum malorum finis quando in ciuitate parum
pacata noue indies machinationes aut finguntur aut inue/
niūtur: ⁊ ſanguis ciuilis forum diſpergit. hoc fortaſſe ma/
lum equulus ille prenūciauit. qui anno jubileo ante portam
eius vrbis que Romam vergit pregnans frequenti aſtante
populo dum pareret expirauit: erat enim hermofroditus:
quāuis feminei ſexus nullum in eo veſtigium cerneretur.
Inter alios quos vrbe relegatos. haud nocentes ciuitas
exiſtimauit. duo fuere ab ipſa prouincia ſocij ⁊ ſtadiorum
comunione coniuncti. quāuis alter iuris ciuilis ſcientiam
profiteretur. Alter poeticam. Gregorius lollius ⁊ Fran/
ciſcus patricius. cuius plura extant poemata que doctiſſimi
petunt ⁊ que ſibi vitam retinuiſſe creduntur. Marianꝰ So
zinus per idem tempus ſcientia iuris non ſolum apud Se/
nenſes. ſed tota jtalia late clarus habitus eſt. Plumbinum
nobile oppidum ex populonie ruinis edificatum exiſtimāt
nonnulli populinum appellandum putant. Id eſt in littore
Tuſci maris ſitum Ilue inſule oppoſitum que ferri venis in
exhauſta magnum quotannis vectigal Plumbini domino
prebet. huic oppido prefuit Jacobus Appianus ex Paula
nobiliſſima femina Martini quinti Romani pontificis ſo/
rore natus Pacificus quidem princeps ⁊ a vicinis amatus
qui cum ex coniuge virilem ſobolem non ſuſciperet extra
matrimoniū heredem querens concubinam quandā ama/
re cepit. cuius cum venter intumuiſſet. ⁊ iam pariendi pro/
pe tempus adeſſet: incredibili gaudio geſtiens. Florenti/
nos ac Senenſes legatos vti ad ſe mitterent. ac partum d̄
ſacro fonte leuarent futuros compatres magnis precibus
inuitauit/ paritum eſt. Venere ad diem dictam legati. muli/
er inter obſtetricum manus diu laborans Ethiopem tandē
peperit. que res vt riſum in populo cachinnūq₃ excitauit
ita et compaternitates et leticiam principis interrupit.

Tibicen tum forte Maurus in familia eius erat. ex quo na-
tum puerū credidere: qui mox vbi detectū flagitiū ītellexit
ſaluti ſue fuga conſuluit. Mortuo Jacobo. Rainaldus Vr-
ſinus patri vir īgenio. ꝛ rei militari ꝑitus in eius locū ſuffe-
ctus eſt. non ſuo iure. ſed coniugis que Jacobi filia fuiſſet.
Hunc Alfonſus cum in Tuſcia Florentinoꝝ bello deſtine-
retur: fauentem hoſtibꝰ reperit. Qua propter Caſtris Plū-
bino admotus: eum intra moenia clauſum terra mariqꝫ ſū-
mis viribꝰ oppugnauit. Sed non minori virtute ipſe ab ī-
teriore ꝑte ciues ſuos defendit. quā Regis miles ab exte-
riori muros īuaſit: pugnatum eſt diu acri cōtentione: ita vt
multi vtrinqꝫ ceciderint. Complures vulnerati in hoſtium
manus ꝑuenerint. In eo prelio multoꝝ virtus enituit: Int̄
quos duo Anthonij. Alter Furanꝰ: Alter Cōdola ad mu-
ros pariter vadentes inter ceteros pugnare fortiter anim-
aduerſi ſunt. Sed oībus prelatꝰ eſt Galeatius baldaſinus
natione ſiculus: qui ter muri faſtigio apprehenſo qua prius
tormenta diſiecerāt conatus eſt oppidum irruere. ceterum
feruētis aque viueqꝫ calcis. que inter arma ingeſta vbi ad
corpꝰ penetrauerat ꝑ vrebat artus vi deterritus grauiſqꝫ
ſaxi ictu. cum reuulſa aggeris ꝑte deturbatꝰ eſt: Fuit autem
Galeatius. ſtatura que mediocrē excederet: robuſtis ac te-
retibꝰ mēbris corpis magnitudini vires reſpōdebāt/ lucta
iactu. ſaltu qꝫ nulli hoīm ceſſit. mēbroꝝ robori par animus
erat. equo ac pede iuxta bellator acerrimꝰ. armatura graui
armatꝰ. galeatuſqꝫ humi ſtans ſiniſtra ſellam. dextra haſtaꝫ
equeſtrem tenens/ ſtrenuo ſaltu/ grandi ſtatura/ equū inſi-
liebat. Singulari certamine quater preliatꝰ. bis in Italia.
bis ī Gallia tranſalpina/ totiens victor euaſit. a tribꝰ ho-
ſtium equitibus eo ipſo Florentino bello petitus. vnum ex
hijs gladij capulo ſeminecem equo decuſſit. alium citato e-
quo medium amplexus e ſella extractum humiſtrauit. Ter-
tium cubito grauiter percuſſum in fugam vertit. Tanto

Tanta porro modeſtia vt nūquam ipſe de ſe ſe vel rogan/
tibus amicis diceret vite cultu. moru͂qꝫ elegantia omnibus
preterea gratus dilectuſqꝫ. perſtitit autem pluribus diebus
ad Plumbinū Alfonſus. Sed cum oppidi expugnatio dif
ficilis videretur: neque iam cōmeatꝰ in caſtris eſſet: ⁊ equi
conſumptis arborum folijs fame perirent. diſſoluta obſidi/
one receſſit. Nec diu poſtea Rainaldus morbo iterijt: vxor
eius Katherina verita ne rex i ſe viri delictū puniret. miſſis
ad eum oratoribus tributum ei quotānis dū viueret aureū
poculum quingentoꝝ aureorum daturū ꝓmiſit: ea mortua
ſollicitis oppidanis. quē ſibi potiſſime legerēt: vicini vero
potentatus cum varijs artibus ad ſe trahere conarētur re/
nūciatum eſt: Manuelem Appianū adhuc e principū ſuoꝝ
proſapia ſup eſſe cui ſeſe cōmittere poſſent: hic multos an/
nos in militia verſatus: Nec tamen aut opes congeſſerat.
aut egregio aliquo facinore nomen queſierat. Ob quā rem
dimiſſis iam armis vxorem Troie inter apulos ceperat.
Ibiqꝫ tenuiter vitam agebat. nihil minus quam dominādi
ſollicitus cum a Plumbincenſibꝰ publice vocatus eſt. qđ ei
primo nūcio veluti ſomniū viſum eſt. Exin fortune ludū
libenter amplexus tanquā vite: reliquū dormiuiſſet i alterū
virum mutatus. quāuis ſenex ꝑncipatū inijt rexitqꝫ poſtea
pleriſqꝫ annis ciuibus ſuis gratus: ⁊ vicinis amicos Alfon
ſo vero qui ei fautor fuiſſet: ⁊ ſtipendiū fecit. ⁊ cenſum de/
dit. deceſſit autem. ex duobus filijs extra legittimū cōiugiū
ſibi natis. minore quod eum ciuitas ſeniori preferret here/
de inſtituto. In Viterbio vero non parui motus fuere. Se
dente namqꝫ Nicolao quinto Principalles Gattus eius
vrbis ꝑnceps dum Roma redit. apud lacum vicenſem ab
inimicis inuaſus obtruncatꝰ eſt. Exin ſedente Calixto ter/
tio Vilhelmus eius nepos noctu domi necatus. Ob quā
rem ciuitas in vltionem ſollicita. dū malefactores inq̄runt
dum iſti fugiūt illi plectunt. magnas calamitates ꝑpeſſa eſt

☞ Urbs Rome iam tandem nobis ſeſe res offerūt. quibꝰ ſuam narrationē petentibꝰ. ſeruato breuitatis inſtituto ſa/tiſfacere ꝑgimus: Hic Johannes Uitellicus Alexandrinꝰ patriarcha ⁊ cardinalis ⁊ legatus: ⁊ patrimonij beati Pe/tri gubernator: ⁊ ductor appoſtolici exercitus: qui fulgina/tes: qui camerinos tyrãnos: qui prefectū vrbis: qui Comi tem Anthoniū piſcinū: qui plures alios eccleſie inſultãtes bello victos. neci dederat. dum pontem Tiberis quē ſancti Angeli vocant tranſire nititur in etruriā copias traductu/rus: Ab hijs qui molem Adriani cuſtodiebãt. repente inua/ſus. vulneratus captuſq; in arcem rapitur: vbi paucis poſt diebus. ſiue hauſto veneno. ſiue ex vulnere vitam finiuit: Prouinciā deinde ſuam ſortitus eſt Ludowicꝰ ⁊ ipſe Car/dinalis Aquilegieñ patriarcha iam rebus geſtis: ⁊ amicitia pontificis late cognitꝰ. qui pacatis in vrbe rebus: Eugenio reditū ꝓparauit: Cōprehenderãt Romani Eugeniū. ac liber/tatem aſſerentes apud ſanctā Mariam in Trãſtiberina re/gione cuſtodiebãt. eumq; cum deceptis cuſtodibꝰ ꝑ Tibe/rim nauigio fugeret iaculis ac ſagittis petierãt. fremebat enim populus cum externꝰ miles infeſtis armis Romanos vaſtaret agros. hoīes atq; armenta ſurripiens. Sed cum pluribꝰ annis Eugenius abfuiſſet. intellexerant ⁊ opulenti ciues ⁊ inopes Romani ſine pontificis curia/ nō tam vrbē quam vaſtam ac deſertam ſpeluncā videri: quibꝰ ex rebus miſſis ad eum legatis. vt in vrbem ſuam rediret magnis p̄/cibꝰ rogauere. Rediit ille nono poſtquā effugerat ãno Nec tam ignominioſe pulſus fuerat. quā exceptus eſt glorioſe. Fuit cum Franciſco Sfortia: ⁊ in piceno de quo poſtea di/cemus. in alijs locis ꝑiculoſum bellū. qđ ꝑ Ludowicū Car dinalem ⁊ Nicolaū picinunū iam ſibi reconciliatū confecit Alfonſo rege opem ferente/ cogitauerat Frãciſcꝰ Sfortia Tudertinā vrbem ſibi amicā. Nam eius aliquãdo potitus Clementi ciues impio rexerat: deinde Romā cum exercitu

petere: Erant enim inter Cardinales nõnulli q̃ Ludowici
potentiã idignãtes: Frãciſcũ nõ q̃ſi aduerſus Eugeniũ ſed
cõtra eius cõſiliũ iuſtabãt. iter quos Nicolaũ Capuenſem
in vrbe gratioſuꝫ ac potentẽ fuiſſe cõmemorãt. Nam Eu/
genius p̄ id temp⁹ eũ de ipa re ſuſpectũ Roma amouendũ
curauit. Sꝫ cũ auxilia eccl'ie ꝓpere aduenissent. Frãciſc⁹ ir/
rito ꝓpoſito retro ceſſit Eugeni⁹ v̓o q̃ quondã Venetis ac
Florẽtinis ſtudioſiſſim⁹ fuiſſet cũ illi hoſtẽ ſuũ Franciſcũ ad
eccleſiã armis pecunijſqꝫ iuuarẽt: ⁊ ipſe ad eoꝝ hoſtes de/
clinauit. Alfonſuꝫ Regẽ ac Mediolanẽſiũ p̄ncipẽ: Et Rex
q̃dem eius ſuaſu vſqꝫ Tiburẽ venerat. Philippo c⁹ opes
iaꝫ pene collapſe videbãt. latur⁹ opem. aut in Tuſciã ↄtra
Florẽtinos. aut in Galliã cõtra Venetos ꝓfectur⁹. Sꝫ Eu
geni⁹ cũ q̃tuor Cardinales creaſſet: ex q̃b⁹ ſucceſſorem ſuũ
aſſumendũ eſſe p̄dixerat i lectulo egritudinis iacens/ pauci
poſt dieb⁹ migrauit ad p̄res/ ⁊ in baſilica b̃ti Petri apud
Eugeniũ tertiũ ſepult⁹ eſt. p̄us tñ q̃ obiret: germani qui
poſtquã duos de ſũmo põtifici ↄtendere aiaduerterãt: neu
tralitate q̃daꝫ vtentes vtriqꝫ recuſauerãt obedire/ ↄſtinati
Romani legatis/ iter quos ⁊ ego vnus eram a Friderico
ip̄atore miſſus obedientiaꝫ ei iam iam morituro reſtituerũt
Ipſe v̓o Theodoricũ Coloniẽſeꝫ ⁊ Jacobũ Treuerenſem
Archiep̄os. quos põtificali dignitate priuauerat/ mutata
ſnĩa ad p̄ſtinos reduxit honores. magn⁹ ꝑfecto ⁊ clar⁹ põ/
tifex fuit Eugeni⁹/ ↄtempſit pecunias/ v̓tutẽ appme dilexit
neqꝫ ſecũdis rebus intumuit. neqꝫ ſuccubuit aduerſis: neqꝫ
ſpes ei gaudiũ. nec met⁹ triſticiã auxit. ſedat⁹ anim⁹. eundẽ
ſemꝑ eius vultũ oſtendit. ſermone breui. eoqꝫ grauiſſimo
viſus eſt: durus ⁊ aſꝑ in hoſtes ꝓmptior in fidem receptis.
Ad hec ꝓceritas corpis. oris decor: ⁊ veneranda in ſene
maieſtas. q̃b⁹ fidẽ adhibuit plus aliquãto credidit ⁊ maius
imperiũ quam par fuerat cõmiſit: Hui⁹ p̄r cũ in egipto ne/
gociaret cũ p̄re Franciſci foſcari de quo iaꝫ mẽtio facta eſt

ab heremita quem pariter ſciſſitandum adorſi ſunt nō mi/
nus letum vaticiniū/quā ille accepit. Ille eni filiū quē ha/
bebat futurū patrie pncipem: hic ſuum inter ſacerdotes ad
ſummū euaſurū didicerat. Eugenio vero Gabrieli nomen i
baptiſmo inditū fuit/q̄ cum adoleuiſſet conditis parentibꝰ
euangelij nō ſurdus auditor/pr̄imoniū qd ab illis non te/
nue acceperat inter chriſti paupes erogauit: Exin Antho/
nio corario comite eiuſdē feruoris adoleſcente religionem
intrauit. in qua ſūma cum laude verſatꝰ tam diu cū illo vixit
donec Angelus corario Gregoriꝰ tertiuſdecimꝰ appellatꝰ.
Sedem Petri ſortitꝰ cum alter ab altero ſeperari nō poſſz
ambos ad ſe vocans Senenſi eum Bononiēſi Anthoniū
prefecit eccleſie. nec diu moratus. vtrūqz Cardinalatꝰ ho/
nore dignatꝰ eſt. in quo ambo claruerūt. Sed hic/ſummū
pontificatū adeptus magis enituit: q̄ ꝛ ſi oriente ſciſmate i
pncipio ſui pontificatꝰ vſqz ad obitum cum Baſilienſibus
cōtenderit. Coronato tn̄ Segiſmūdo Ceſare grecorum et
armenioꝝ pacta: cuz eccleſia latina vnione ciuitatibꝰ eccl'ie
quas amiſerat recupatꝫ: tyrannis p circuitū deletis: Cōtu/
matia Romanoꝝ edomita. victor inclitus veterem hoiem
exuit. hic me quāuis aliquādo aduerſus eum (exiſtimās deo
ſacrificiū facere) cum Baſilienſibꝰ ſenſiſſem (Nā meo tēpe
tota nutabat eccleſia) Clementē ad ſe benigne recepit/ īter
ſecretarios collocauit. ꝛ apoſtolici ſubdiaconatus honore
donauit: Eccleſiā quoqz Tergeſtinā paucis diebꝰ antequā
moreret (cum falſo rumore vacantē audiſſet) multis illam
petentibꝰ/mihi vni ex oībus deſtinauit qd poſtea ſucceſſor
eius impleuit. Nicolaus qntus natione Tuſcus ex oppido
Saregana: patre medico Theologica doctrina illuſtris: et
omni ferme ſcientiaꝝ genere inſignis. Poſt Eugenium in
Petri Cathedra ſuffectꝰ eſt. q̄ paucis ante menſibꝰ Cardi/
nalatū ab eo cum Foelicem apud Germanos legationem
obyſſet: nec diu prius epiſcopatū Bononienſem acceperat

Hic vrbem multis ac maximis edificijs exornauit. cuius o
pera ſi cōpleri potuiſſent nulli veterū īꝑatorū magnificētie
ceſſura videbātur: ſed iacent adhuc edificia īterrupta mineqꝫ
muroꝝ ingentes; Sciſma qđ apud Sabaudienſes adhuc
in eccleſia vigebat exploſit. Amedeū papatui renūciantem
in gratiā recepit: Cardinalatꝰ honorē/ ⁊ in paterno domi/
nio legationē reliquit: Cardinalibꝰ aliquot ab eo creatis di/
gnitatem dimiſit: Romanos longa pace ditauit. Jubileum
feliciter geſſit: niſi quod in ponte ſancti Angeli ex concur/
ſione populoꝝ īprouide facta ducentos circiter hoīes aut
conculcatos aut in flumine eiectos perijſſe conſtat/ Bern/
ardinū Senenſem ordinis minoꝝ profeſſorem qui paulo
ante obierat in numerū ſanctorum retulit: Fridericū tertiū
imꝑatorem ⁊ Leonoram Auguſtā matrimonio iunxit: ac
de more inunctos coronauit. eorum familias/ abunde et
multa cum lauticia paſcēs: Bis Cardinales creauit: ⁊ p̄mo
quidem vnum tantū Anthoniū natione Maioricenſē ad
titulum ſancti Griſogoni. quem ſibi philoſophie ſtudijs et
Archanorū ſacre theologie cognitione ex omnibꝰ parem
elegeret. Secundo ſex creauit. aut doctrina ꝑcelebres: aut
generis claritate inſignes. Inter quos ⁊ germanum ſuum
Philippū ſancte Suſanne Cardinalē aſſumpſit placidis
moribꝰ ⁊ incorrupte fidei iurum libros ex tota grecia ꝑqui/
ſitos ad ſe iuſſit afferri: ⁊ in latinam cōuerti linguā curauit.
magna premia tranſlatoribꝰ prebens: Acceptiſſimi ei fue/
runt in tranſferendis operibꝰ. Georgius Trapozuntius.
Laurentius valla. Petrus candidus december. ⁊ Grego/
rius Caſtellanꝰ: Item demetrius natione grecꝰ. qui ſoluta
oratione vtentes cum pontifici aures mirifice oblectarent
Nihil ex eo qđ peterent nō abſtulerūt: In Homeri vero
poemate quod heroico carmine latinū fieri magno opere
cupiebat: cum plurimi morem ei gerere conarentur: Unus
tm̄ inuentus eſt: qui acri eius iudicio ſatiſfaceret. Oratius



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

Romanus qui ſcribatum apoſtolicum ea de re conſecutus magniſqꝫ pollicitationibꝰ illectꝰ Iliadem aggreſſus: nõnul los ex ea libros latinos fecit. dignos quos noſtra miraret. priſca non iploraſſet etas: Nicolaꝰ quoqꝫ perotus / polibio e grecis comode atqꝫ ornate ad nos traducto. Iohannes tortellius Aretinis libro de orthographia pitiſſime cõſcri/ pto: Albertꝰ florẽtinis cõditis de architectura egregijs vo luminibꝰ: alijqꝫ pene innumerabiles noua cudẽtes opa eius pontificis gratiã meruere: adeo enim ingenia excitauit fo/ uitqꝫ Nicolaus. vt vix euũ iueniri poſſit: in quo magis hu/ manitatis ⁊ eloquẽtie. ceterarũqꝫ bonaꝝ artiũ ſtudia: quã ſuo tẽpore floruerũt. Illud certe nemo negauerit: Tot ei a doctiſſimis viris inſcripta eſſe volumina: quot neqꝫ ſuorũ predeceſſorũ neqꝫ jmpatoꝝ cuiuſpiã nomini dicata cõpe/ rimus: Unũ tñ e doctis ab eo neglectũ miramur. Blundũ flauiũ forolíuienſem: q̃ res a declinatioñ Romani jmperij vſqꝫ ad etatẽ noſtrã toto orbe patratus mirabili ordine in duas digeſſit decadas: Romã deſcribẽdo iſtaurauit: Italiã illuſtrauit: deinde triũphantẽ vrbem ſcribere adorſus: oẽm nobis vetuſtatem aperuit Sed ita fuerunt hominũ mores praro quenquã extollit pontifex. quẽ preceſſor amauit: Ce terũ Nicolaꝰ ⁊ veteribꝰ ⁊ nouis codicibꝰ ornatiſſimã bibli otecam inſtruxit in q̃ circiter tria milia libroꝝ volumina cõ didit: Sacrariũ apoſtolicũ vaſis aureis atqꝫ argenteis ſa/ cerdotalibꝰ indumẽtis mirifice decorauit: altari ornamẽta. aulea quoqꝫ ex auro cõtexta mirandi opis coemit: ſuppelle/ ctilem toto palatio neceſſariã magnificẽtiſſime cõpatã du/ plicauit triplicauitqꝫ: legationibus quas publice audiuit ita reſpondit: vt dubiũ eſſet ſapientiã eius aut eloquentiã ma/ gis admirere. Si quos eſſe in vrbe peregrinos extimati/ one dignos accepit / cõfeſtim eos miſſis xenijs honorauit: nobiles domo ſua extorres q̃ ad ſe venerãt benigne ꝯfouit paupibꝰ xpi largas elimoſinas dedit: Religioſ mẽdicãtibꝰ

nihil ad neceſſitatem deeſſe ſuſtinuit. In eccleſias vrbis plu
rima dona contulit. In pr̄imonio beati Petri plurimas ac
munitiſſimas arces oportunis locis erexit. Huius tamen
tam admirabili tam expetende pontificis vite nō defuerūt
inſidiatores. Stephanꝰ enim Romanus familia porcaria
tenui cenſu eques/res nouas ſepe in vrbe molitus: ac pro/
pterea Bononie relegatꝰ. clam inde excedens magnis iti/
neribꝰ Romā rediit: cōuocatiſqꝫ mox amicis: mentem ſuaꝫ
expoſuit: turpe eſſe dictitans. eam vrbem que totū ſibi ſub/
iecerit orbem. Nunc ſacerdotum imperio ſubiacere. quos
rectius feminas quā viros quiſqꝫ appellauerit. Veniſſe ſe
paratum patrie iugum excutere: rem factu facilem ſi viri fu/
erint/ Nicolaum pontificem celebri epiphaniarū die in ede
beati Pauli ſacra facturum. haud magno negocio compre
hendi poſſe. populū libertatis amore/ quā proclamari au/
dierit. mox opem audientibꝰ daturū. Ad colligandū autem
preſulem cathenam auream ſecum attulit. a ſe iam pridem
paratam. quam congregatis oſtendit. Neque enim mox
occidendū preſulem ex vſu eſſe dicebat. Sed obſeruandum
donec arcē ſancti Angeli ꝑ eum recuperarent: Atqꝫ vt erat
homo facundus facile in ſuam ſentenciā congregatos tra/
xit. atqꝫ eo facilius ꝙ inopes ere alieno grauatos ⁊ obpa/
trata ſcelera iudicium formidantes ad ſe vocauerat. quibꝰ
nihil erat in pace ſperandum. Sed preſenſit inſidias Ni/
colaus miſſiſqꝫ militibus/ comprehendi hominem iuſſit.
Illi eum iam animo fractum. ⁊ apud Sororeꝫ in archa la/
tentem inuenerunt. Complices eius in domo qua conue/
nerant expugnati: captiqꝫ ſunt: e qbꝰ vnus Baptiſta Sci/
arra manu promptꝰ. ⁊ aio intrepido/ ꝑ medias pōtificis co/
hortes viā gladio ſibi apperiēs effugit. Stephanꝰ in arce
ſcti Angeli. alij i Capitolio ſuſpēſi vitā finiere: atqꝫ ita pō/
tifex maximꝰ ingēti ꝑiculo liberatꝰ Romāe ſedis dignitatē

imperiūqꝫ ſeruauit. Felix pontifex ⁊ omniū iudicio beatiſſi-
mus: niſi eo ſedente Turchi vt ante diximus Conſtantino
polim expugnaſſent. Chriſtianoꝝ deſidie atqꝫ ignauie me/
morabile perpetuū. Acceſſit ⁊ aliud/ quod non parum eius
gloriam iminuit. Nam cum pacis Italie que tum vehemē/
ter ferro vaſtabatur ⁊ igne: ipſe repertor ⁊ arbiter cocordi
partium voto delectus eſſet: dum diem ex die in delibera-
tionem ducit. Suſpectus eſſe Franciſco Sfortie iam Me
diolanenſiū principi ac Venetis cepit. tanquā eaꝫ ſenten-
ciam promere nollet. que alijs pacem/ eccleſie bellum alla.
tura videretur. Ob quam rem intercedente: Simoncto
Monacho ordinis heremitarum ſancti Auguſtini profeſ/
ſore: obſcuri antea noīs ⁊ prorſus ignoti. ſed vite integri/
tate probato/ Veneti cum Franciſco duce cōuenientes in
ter ſe concordie leges dixere/ preſtituta die intra quā bello
ſocij pacem ratam haberent. Viſum eſt id omnibus mon/
ſtri ſimile: humilem ⁊ incognitū monachum Italiam pa-
cauiſſe. Sed recuſante Alfonſo pacem que ſibi inſcio dicta
erat/ vanam eſſe Nicolaus (que de ſe habita fuerat) ſuſpi/
tionem oſtendit: miſſo ad Alfonſum legato dominico ſan/
cte crucis Cardinali prudentia ſingulari ⁊ vite integritate
conſpicuo: qui cum Caietam deinde Neapolim ꝑueniſſet:
inter venientibus Venetorum ⁊ aliarum partium legatis:
differen tiiſqꝫ omnibꝰ tanquā ex integro diſcuſſis/ Alfonſo
Regi non ſolum pacem ſuaſit: ſed feodus in annos quinqꝫ
⁊ viginti inter omnes Italie potentatus percuſſit. Cuius
Romanus pontifex ⁊ conſeruator ⁊ iudex dictus eſt. Sed
cum doloribus arthetecis per omnem ferme pontificatum
ſuum: Nicolaus vehementer laborās indies magis ac ma-
gis opprimeretur: nec iam amplius mortalem pollutumqꝫ
comitatuꝫ candidior anima dignaretur/ e vita deceſſit: ab
eo que mihi pontifex Eugenius munera crediderat nō ſolū
cōfirmata ſunt/ Sed āplius pontificalis dignitas adiecta/

Tergeſtineaqꝫ primum eccleſia: deinde Seneñ commiſſa. Calixtus tertius poſt eum beati Petri cathedram obtinuit natione hyſpanꝰ: Ex regno Ualentie nobili genere natus: vnus omniũ qui ſuo tempore ſcientiã iuris profiterentur eminẽtiſſimus ⁊ qui conſilium Regis Alfonſi in quo multis annis preſederat. Illiuſqꝫ artes ac cautiones preſeferret. Is vt primũ pontificatus apicem adeptus eſt: mox animũ ad delendam Thurcorum ⁊ legem ⁊ gentem cõuertit. Uotumqꝫ vouit: ad eam rem ſollennes miſit in Galliã. in Hũgariam/ in orientem legatos/ primarios ſancte Romane eccleſie Cardinales. e quibus nullus adhuc rediit: Alanum tamen Cardinalem ſancte Praxedis: magno ingenio virum: ⁊ animo ſecuro ⁊ potenti propediem e Gallia reuerſurum putant. Naualia quod antea inauditum fuerat Rome conſtituit. triremes quas plures ad ripam Tiberis ĩ ciuitate Leonina parauit. Armauit ⁊ in Thurcos miſit/ Comitem Jacobum picininũ Senenſibus( vt dictum eſt) armis inſultantem: miſſo milite ſuo repreſſit/ Regi Alfonſo querenti ex eo quo pacto inuicem victuri eſſent. Regna ſua reſpondit ipſe regat: mihi ſummi apoſtolatꝰ gubernationẽ relinquat. Ueras eorũ multis de rebus diſſentiones/ magna pars italie ſimultates confictas eſſe credidit qui fidem dedere contentioni alij Calixtum/ alij Alfonſum/ alij vtrũqꝫ accuſauere. Quorũ alter Regem ſub quo natus eſſet/ alter ſuũ ſacerdotem. cui tanquam vicario dei parendum eſt ferre non poſſet. Bis Cardinales a Calixto creati ſunt: p̄mo tres: ex quis duo nepotes eius fuere: quorum ⁊ ſi fuit etas aliquanto minor quam tanta dignitas videreť expoſcere: doctrina tamen ⁊ circumſpectio ⁊ morum ſuauitas id honoris haud iniuria conſecuta cenſeť: Tertius fuit Jacobus de portugalia regio ſanguine natus. in quo ea modeſtia. ea grauitas: id acumen ingenij. id ſtudium litterarũ.

is amor virtutis emicuit: vt quamuis iuuenis adhuc/ tar-
dius tamen oppinione omniū ad eam dignitatem aſcende
rit Secundo loco ſep aſſumpti ſunt: haud profecto indigni
ſime vnum demas tanto munere: meo tamen iudicio nulli
dignius id honoris obuenit quam Johanni epiſcopo Za
morenſi. ciuilis ſapientie cognitione ſublimi: qui vno de q̄-
draginta annis Romanam ſecutus curiam per omnia fer-
me officia caſtus innoxius tranſierat: Cancellariam vero
que a tempore Nicolai vocauerat Calixt⁹ nepoti ſuo ſan-
cti Nicolai in carcere Tulliano Cardinali ac Marchie le-
gato commiſit: Germanum eius Petrum Borgiam egre-
gia ſpecie atq̧ indole iuuenem eccleſiaſtice militie ducem
prefecit. Ex in prefecturam vrbis ei commiſit. Ludowico
Cardinali ſanctorum quatuor Coronatorum ⁊ ipſi quoq̧
nepoti legationem Bononienſem demandauit. Vincen-
tium natione Hyſpanum ⁊ Oſmundum Anglicum mira-
culorum fama illuſtres inter ſanctos redegit. Legatos in
Scythiam ⁊ Perſidem in Ethiopiam miſit. qui Chriſtia-
nos per orientem in fide continerent. ⁊ aduerſus religio-
nis hoſtes armarent. Scāderbechio in Albania. multiſq̧
alijs per Greciam/ Thurcorum bello laborantibus/ pecu-
niaria ſubſidia largit⁹ eſt: Transfigurationis dominice fe-
ſtum inſtituit ⁊ celebrari publice iuſſit. Aſſumptionē ſuam
priuſquam pontifex maximus eligeretur plurib⁹ annis pre
dixit. cladem quoq̧ quam Thurchi apud Albam in Hun-
garia ſuſtinuere/ antequam fieret vaticinatus eſt: nūc quo-
q̧ de futuris multa ⁊ magna promittit: que diuina pietas
non abnuat velim. Mortuo Johanne comite Taliacogio
qui e proſapia Vrſinorum fuit: cum maſcula ei ſoboles nul
la eſſet. Vrſini hereditatem eius propinquitatis iure ad ſe
traxerunt. Id egre tulit Comes Euerſus. cuius filia nupta
eſſet vnica johannis filia. ventū eſt ad arma: Colūnienſes

Comiti Euerſo auxilium prebuere. deinde hortante ponti/
fice/ Proſper Cardinalis Martini quinti Romani quon/
daz ſapientiſſimi ⁊ feliciſſimi pape nepos. eius gentis ho/
noratiſſimus ⁊ litterarum ſtudio late clarus: cognitionem
ſuam bello ſubtraxit. Inter Vrſinos ⁊ Euerſum vſqꝫ hodie
impacate durant inimicitie. Latinus ſanctorum Johannis
⁊ Pauli Cardinalis illuſtris Vrſinorum familie princeps.
dexterrimo vir ingenio/ iuris ſcientia. ⁊ animo qui alta cu/
ret: parua deſpiciat in ſignis/ ex vrbe profectus ad oppida
ſua conceſſit: tanquam Rome non ſe ſatis tutuz exiſtimaret
ſiue comitis inſidias veritus. ſiue pontificis indignatione
cōmotus: nec reuocatus in hanc vſqꝫ diem reuerti voluit.
Calixto inter omnes Cardinales duo ad hoc vſqꝫ tempus
in primis auditi atqꝫ accepti fuerunt. Wilhelmus Rotho/
magenſis ameno ingenio ⁊ ſanguinis clarus: ac Petrus
ſancti Marci Eugenij quarti nepos patricia apd̕ Venetos
gente natus/ ⁊ induſtria potens: ſiue ꝙ eorū conſilijs mul/
tum ineſſe crederet: ſiue ꝙ alterum Francie Regnum/ alte/
rum Venetorum rem pub. ducere poſſe arbitratus eſt. Sy/
monem Romanū philoſophie ſtudijs ⁊ arte medica excel/
lentem adeo dilexit/ vt fratrem eius Jacobum Epiſcopum
feretranū quanquā virtute preſtantē ſua potiſſimū cōſide/
ratione rubeo galero donauerit. In audiendis legationibꝰ
priuatorūqꝫ hominū cauſis anteceſſorꝫ ſuorum facilitatem
longe ſuperauit: epiſtolas ⁊ Regibus ⁊ amicis per ſe ipſum
dictauit. In ſignandis ſupplicationibꝰ libens ⁊ hilaris tem/
pus abſumpſit. de iure interrogatꝰ per cupide reſpondit:
leges ⁊ canones tam ei fuerunt in ꝓmptu. quam ſi heri aut
nudiuſtertius ſcolam iuris primū exiuiſſet: nihil enim me/
moria ſua excidit/ quod retinendum exiſtimauit. Ceterum
nulla facultas ei iuris cognitione potior viſa eſt/ in qua ipſe
ita excelluit vt ſuorum predeceſſorꝫ. qui ſibi poſſit equari:

vix vnus aut alter inueniatur. Hic poſtquam ordini Car/
dinaliū me inſcripſit Warmienſem quoqꝫ eccleſiam ad ma/
re Baltheum inter Sarmathas ſitam poſtulantibus cano
nicis cōmendauit. Cuius poſſeſſionem frementibus ea in
regione crudelibus ⁊ atrociſſimis bellis non dum aſſequi
potui. In vmbria que hoc tempore ſub ducato Spoleta/
no continetur. pauce ciuitates inteſtinis ſeditionibꝰ caru/
erunt. Nurſia Quinti Sertorij quondam patria Guelfa/
rum partium inſidijs ſepius agitata vix tandem reſpirare
potuit. Narnea quam Sulphureo gurgite cōditis amnis
circuit ancipiti vix adeunda iugo Gibellinorum factione
depreſſa Guelforum conſilio ductu quieſcit. non Amerinis
non Reatinis. non Fulginatibꝰ. non Ortanis. non ipſis
deniqꝫ Spoletanis ſue calamitates defuerūt. Sed Aſiſina
ciuitas omniū miſerior inuenta eſt: que dum modo Bra/
chianā. modo Sfortianā factionem admittit: ⁊ nūc par/
tem que ſuperior modo alteram que inferior eſt amplectit̄
ſe procellis fortune quaciandā proſtituit: Picentium re/
gionem quam noſtra etas Marchiam vocat Franciſcus
Vicecomes Eugenio quarto pont. maximo tum rebꝰ Ba/
ſilienſibus occupato: ac non ſolum Philippi Marie. Sed
Alfonſi quoqꝫ Regis inimicitijs implicito. vna quodāmo/
do excurſione ademit: nonnulliſqꝫ poſt annis continuata
poſſeſſione retinuit: Interim captus amore puelle: que iter
virgines coniugi ſue ſeruiebat: ⁊ ſibi multarum moleſtiaruꝫ
⁊ illi necis cauſa fuit: Perpetua ea vocata eſt. apud No/
uarienſes honeſtis parentibꝰ orta. forma egregia ⁊ inge/
nuis moribꝰ: niſi potentis domini decepta Blandicijs vir
ginitatem cum adulterio permutaſſet: hec cuꝫ iam paulatiꝫ
intumeſceret vterus ad tegendum facinus queſito qui eam
duceret viro deſpondetur: conſtituta nupciarum die voca/
tis amicis apparato grandi cōuiuio ſponſus ī oppido qđ

a Franciſci curia non longe inhabitabat letus aduentum
noue nupte preſtolabat̄: ducitur illa multis comitata nobi/
libus: Sed ingreſſa oppidū cum deſcendere in domo ſpōſi
crederet̄ iuſſa vlterius ꝑgere in arcez rapta eſt: nec vlterius
infelici viro vidende ſponſe copia fuit: Quod cuz Blanca
Franciſci cōiunx cordatiſſima mulier cognouiſſet. nunquaz
deinde quieuit donec dimiſſis percuſſoribꝰ puellam quāuis
diligenter cuſtoditā interfecit: Franciſcus quāuis ea re val
de cōmotꝰ. Vxoris tamen iuſto dolori cenſuit ignoſcendū.
Exin pontifex Eugenius iam Philippo Regiqꝫ cōciliatus
Nicolaum picininū cum exercitu aduerſus Franciſcū miſit
Regemqꝫ vt item in Marchiam duceret adhortatus eſt:
annuit Alfonſus. delectuqꝫ militum habito cum florentiſſi/
mis equitum peditumqꝫ copijs in picenū peruenit. Iunctiſ/
qꝫ apud Biſium cum picinino caſtris: eoqꝫ totius exercitus
duce conſtituto conterritos oppidanos in deditionem ec/
cleſie compulit: quorum exemplū ⁊ ſancti Seuerini incole
ſecuti claues portarum miſere. Que cum Franciſcus acce/
piſſet copijs ſuis per municiora prouincie oppida diſtribu/
tis protrahere bellum e re ſua arbitratus eſt. Exin cum Pe
trus Brunorus vnus e copiarum ſuarum ductoribus cum
dccc. equitibus ad Regem tranſiſſet. Maceratenſes vero
ac Folentinates deditionem eccleſie feciſſent. Conſenti/
entibus Venetis ac Florentinis redire ſe in gratiam Phi
lippi ducis Mediolani vt regis impetum euaderet amicis
interpoſitis ſimulauit Credidit Philippus: lateriſqꝫ ac nū/
cijs vti copias in regnum reduceret. Alfonſum fruſtra ro/
gauit: Turpe enim regi videbatur inuito Eugenio rem in
fectam relinqui: perſeuerauit igitur atqꝫ acrius iſtans Cin
guluz oppidum in deditionem eccleſie recepit: Caſtrū pla/
num vi captum militi diripiendū dedit: Nec territus eſt:
quāuis Philippus ea re cōmotus pacem. cum Venetis ac

Florentinis feciſſet. Sed Aeſim cum exercitu petens: Tro
ilum copiarum ducem cui Franciſcus maxime fidebat (naꝫ
⁊ multos annos in equitatu ſuo primos ordines duxerat ⁊
ſororem eius in vxorē receperat) tradita ciuitate ſeſe dedē/
tem in comitatum ſuum recepit: deinde Roccham tratam
eum defendente Ruberto Franciſci nepote pluribꝰ diebus
fruſtra oppugnaſſet: ad Metaurum amnem ſupra fortune
Fanum quo ſe Franciſcus cum reliquo equitatu receperat
continuato itinere duxit. Ibi ad Alfonſum Tubicē quidaꝫ
a Franciſco in caſtra venit. Impetrataqꝫ a Rege pro ſui or
dinis more liberius loquendi venia: multa nefaria in Ni/
colaum preſentem Franciſci nomine probra congeſſit. pro
ditorem ac perfidum appellans: Regemqꝫ admonens. ne
illi ſe credat: cui fallere potiſſimū ſit. Poſtremo Nicolaum
Franciſci verbis ad duellum prouacauit. In quo duces ipſi
eorumqꝫ copie de gloria. de dignitate certarent: aparitu/
ram quidam vno prelio ducum ſimul atqꝫ equitum virtutē
ſimul a Rege petijt: vt equus ſpectator pugne adeſſet. Ni/
colaus iam inde ab initio ea audiens cōmotus haud leuio/
ribus conuicijs in Franciſcum abſentem coniectis: fidem
ſuam multis exemplis comprobans egre ſibi eſſe reſpondit
corpus ſuum vulnere in ceruice recepto debilitatum fuiſſe/
oſtenſurum ſe ſingulari certamine vter eorum proditionis
infamia cenſendus eſſet: niſi hanc fortuna ſibi facultatē ab
ſtuliſſet: oblatam tamen pugnandi cum exercitibus conditi
onem leto ſe animo cum bona Regis venia accipere: Po/
ſtero die cum copijs ſuis ſub ipſam vrbem Fanum patenti
campo futurum. quod cum a ſe poſtulare Nicolaū decoris
tuendi cauſa Rex animaduerteret. vtriuſqꝫ partis ſecuritati
ſeſe conſulturū recepit: Sed cum dicta die Nicolaꝰ in cam
pum cum ſuis proceſſiſſet. atqꝫ inſultans vrbis moenibus
vſqꝫ ad portas cucurriſſet. Rex vero procul inde ad mille

paſſus cum exercitu conſediſſet liberum vtriqꝫ parti preſta-
turus campū. Franciſcꝰ ſiue Regi parum fidens: ſiue glo-
riam ſuam de qua per id tempꝰ haud dubie iactabat̄ indiſ-
crimen adducere veritus/intra vrbem ſuos cōtinuit. Ma-
gna inter Franciſcum ⁊ Nicolaū non emulatio modo vi-
guit ob rei militaris gloriā. cuius primas partes ſibi vterqꝫ
arrogabat. Uerū ⁊ ſimultas ingens ob veteres inimicitias
que olim inter Brachiū ⁊ Sfortiā fuerant. Quorum alter
Frāciſco pater. alter Nicolao magiſter ac dux fuerat: atqꝫ
idcirco: nō tantū hoſtes: ſed vt inimici īter ſe bellū gerebāt
nec ſub vno eodēqꝫ p̄ncipe vt militarēt adduci poterāt. Ni-
colaꝰ ex corpis breuitate picinini nomē accepit: ſed quāto
mediocritate ſtatura eius inferior: tanto animi magnitudo
ſupior: pauca ei verba fuerūt: atqꝫ parū compta. ſʒ que mul-
tarū ac magnarū rerum ſniam cōprehēderent. In milites
ſuos idulgens: In amicos liberalis: In hoſtes durꝰ ⁊ aſp-
dimicādi cupidus: quietis ipaciens: glorie auidus: ⁊ in pi-
culis obeundis pmptꝰ ac ſecurus. preliū ex occaſione ptinꝰ
ſumpſit: hoſtē celeritate preuēit: excurſione fatigauit: leuis
armature equite magis quā pedite vtebat̄. fortes atqꝫ aſpe-
ros milites amauit. hoſtiū nūero dterreri nō potuit Quibꝰ
rebꝰ cū plurimos ⁊ in Gallia Ciſalpina ⁊ in reliqua Italia
triūphos ex hoſte duxiſſet: haud dubie rerum geſtarū ma-
gnitudine ⁊ gloria mgr̄o ſuo Brachio maior euaſit: Fran-
ciſcꝰ autē honeſto corpe fuit ⁊ qd̓ mediocritatē nō parū ex-
cederet: amplo pectore/robuſtis mēbris ⁊ apte diſpoſitis:
facie grata: jocūdis oculis: caluicie venerabilis: facūdia co-
pioſus: ingenio peracri/animo rerum magnarum cupido:
Solers in adminiſtrandis rebus: In laboribus perferen-
dis infatigabilis: In occaſionibus proſpiciendis acutus ⁊
ſagax: In hoſtibus fallendis verſutus ⁊ vafer: In preſagi-
endis euitandiſqꝫ dolis ac hoſtium conſilium preuertendis

cautus atq; prouidus. Raro niſi ex deſtinato cōflixit: ho/
ſtem ſepius obſidendo quam decertando confregit. Pe/
ditatum magno in precio habuit. Argento atq; auro cul/
tos eſſe milites voluit: In exequendis conſilijs celer ac per
ſeuerans: In omni re nauanda preſentia animi: laborum
tollarantia: vſu: exercitatione/conſilio mirifice inſtructus/
quibus artibus breui adeo magnus effectus eſt: vt vnus ex
omnibus copiarum ducibus inuentus ſit qui cum Nicolao
de rei militaris principatu concertare poſſit. Nam cum ſci/
entia rei militaris atq; auctoritate pares viderentur: diu
dubium fuit: vter alteri anteponendus eſſet. Sed hanc li/
tem fugatus paulopoſt Nicolai exercitus: ⁊ ingens victo/
riarum Franciſci curſus: ⁊ Mediolaneñ fortuna in eum ple
no cornu tranſlata: prorſus diremit: Ceterum Fani expu/
gnationem cum Rex difficilimam intelligeret. non Fran/
ciſci ſolum magni ⁊ peritiſſimi ducis preſentia defenſi: Ve
rum quod etiam vrbs mari adiacens claudi ne cōmeatus
intrarent. haud quaq; potuit. Inde abiens in firmianum
duxit: quo in loco cum Alexander Franciſci frater erupti/
one facta poſtremū agmen eius inuaderet: Conuerſus in
eum ſignis hoſtem intra vrbem repulit: atroci pugna pro
muris facta: ⁊ ante murali quod prouallo ſtabat vi capto.
deinde ad turrim palmarum compoſito agmine perueniēti
Franciſci epiſtola reddita eſt nuncio intercepta que Trailo
ac Petro Brunauro inſcripta: inter cetera ea verba con/
tinebat: ne amplius differentes iam tandem cogitata mu/
tararent: qua propter ambos de ꝓditione ſuſpectos armis
equiſq; ⁊ omni ſuppellectili priuatos in vincula coniectos:
in Aragoniam miſit ⁊ in arce ſatabie Valentini agri cuſto
diri mandauit. Nec diu poſtea cum Temaritani deditionē
feciſſent in Regnum ſuum diuertit: duobus milibus equitū
ad Picininū qui ad montem aureū cum exercitu extiterat

tranſmiſſis: Sed poſtquam illi aduentaſſent: Picininꝰ re/
pentino Franciſci aduentu inuaſus. prelio fuſus pulſuſqꝫ fu
erat: Cliuus in quo caſtra poſita erant: ⁊ oppidū proximū
diſſipatos fuga ſeruauit: Franciſcus ea victoria ſimul ⁊ pro
fectione Regis elatus Picenū. vndiqꝫ veluti victor ꝑcur/
rere ⁊ infeſtare cepit: Rogatus ab Eugenio Alfonſus eo
reuerti: cū iam ſe itineri accinxiſſet nouis regni motibꝰ do/
mi retentus. Lupum Virreum Vrſinum Barſiamqꝫ cum
non paruis copijs aduerſus Sfortiam miſit: Interea Ni/
colaus Picininus a Philippo in Galliam reuocatꝰ. Fran/
ciſcum filium cum parte copiarum in piceno dimiſerat: quē
Sfortias ad montem Vlmuz prius pugna ſuperatū inter
cepit. quam Regis auxilia ei adueniſſent: Poſt hec Ludo/
wicus Aquilegieñ patriarcha eam prouinciam ab Euge/
nio ſortitus. Johannem vintimiliū inter belli duces fama
preſtantem cum magna equitum peditumqꝫ manu a Rege
miſſum omnibus copijs ſuis prefecit: Cuius induſtria Au/
fidam oppidum obſidione clauſum in deditionem accepit.
Erant eo tempore non parue Philippi copie apud Cingu
lum oppidum contra Franciſcum miſſe. Nam Philippus
cum Franciſci reconciliationē iam tandem ſimulatam intel
lexiſſet. Italianum forlanū in rebus bellicis late cognitum:
qui pontificis partes adiuuaret eo tranſmiſerat. cui cum pa
triarcha ⁊ vintimilius per rectam viam coniungi non poſ/
ſent. Nam media loca Franciſcus obtinebat. magnis itine
ribus per montana ad eum ꝑuenere. quo cognito Fran/
ciſcus e piceno deſcendens in Vrbinatem agrum ſeſe re/
cepit. Patriarcha montē Melonem obſedit: atqꝫ obtinuit
deinde oppidum ſancti Angeli vi expugnans. diripiendū
militi dedit. Vintimilius paulo poſt ab eo in Regnum ad
hiberna recedens per agrum firmianū non procul a mōte
Sancto conſtitit. Cuius aduentu conterriti oppidum. e/
miſſis oratoribus deditionem facere/ ſimiliter circumiecta

caſtella: deinde ad montem altum profectus dies aliquot
ibi manſit. Interim firmani coniuratione facta ſpe propin
qui auxilio a Franciſco defecerunt. Alexandro fratre cum
magna equitatus parte in arcem compulſo: quibus ⁊ Uin/
timilius ⁊ pontificis copie mox auxiliū prebuere: Sed cū
arx eiuſcemodi eſſet: vt ſola fame vinci poſſet. premunitis
vrbis partibꝰ ne deſcenſus ex arce fieret. Uintimilius vti
conſtituerat in hiberna conceſſit. Sequēti anno Alfonſus
Remūdum Buillum ⁊ cum eo mille equites. totidem pedi/
tes ad patriarcham in picenū miſit: Qui vbi cum Jacobo
Caynano in eccleſie caſtra ꝑuenit. Mox italianus forlanus
mandāte Philippo Maria comprehenſus eſt: At poſt tri/
duo iuſſu patriarche apud Roccamcontratā ſecuri ꝑcuſſus.
Montem fabrum deinde cepere: ⁊ aliquot caſtella Fride/
rico Urbinatium principi eripuerunt: Sed cum iam duo
milia equitum a Florentinis ac Uenetis miſſa Franciſci ex
ercitum auxiſſent: Philippus vero exercitu ſuo ad caſale
maius iuxta flumen padum a Uenetis pugna fuſo ac caſtris
exuto copias ſuas e piceno reuocaſſet. ⁊ amplius Eugenij
ac Regis auxilia poſtulaſſet: ad quem duo milia ⁊ qͥngēti
equites ex caſtris eccleſie iubente pontifice tranſierūt: Frā
ciſcus iam bello ſuꝑior: Montem autem. ⁊ alterum ei pro/
ximū caſtellum Sigiſmundi Malateſte: qui iam ab eo defe
cerat: eccleſie fortunam ſecutus. expugnauit. ⁊ eiuſdem op/
pidum Gradariā obſedit. Interim Rex alia patriarche au/
xilia miſit: cum quibus in picenum reuerſus Jacobū Cay/
nanū proditionis ſuſpectum apud Rocchamcontratā vbi
⁊ Italianum forlanum interfici iuſſerat. capitali ſupplicio
affecerat. Exin nihil memoria dignum ab eo geſtū. donec
Franciſcus Philippo reconciliatus Illius ſtipendia factu/
rus. ⁊ iam dux contra Uenetos deſignatus ex piceno re/
ceſſit. Nam poſtea non ſolum arx firmana ſed omnis fermē
prouincia in eius poteſtatem facta eſt. ¶ In Aſculo Joſias

nobilibus ortus parentibus admodum adoleſcens. Jo-
hannem Franciſci Sfortie fratrem magno animo iuue-
nem. ⁊ qui eam vrbem per omne belli tempus egregie de-
fendiſſet conſpiratione cum paucis inita incautum obtrun
cauit. Sed cum ⁊ ipſe tyrannum in patria gereret in exiliũ
actus eſt: Ciuitas deinde ſub eccleſia quieuit. quanuis ãno
abhinc ſuperiore idem Joſias arcem quondam naturali ſi-
tu munitam ⁊ vrbi propinquam cum pleriſqꝫ latronibus
occupans non paruas curas illi populo ingeſſerat: que res
ei parum proſpere ceſſit: Nam Rhodericus Sancti Nico-
lai Cardinalis/ eius prouincie legatus/ obſidionem loco
admouens. poſtquam arce potitus eſt: captum ipſum vin-
ctumqꝫ Romam miſit. ¶ In Urbino dux gentis Oddo
matre Columnenſi nobiliſſima natus. cum per libidinem
in matronas nobiles debaccharetur: nec modum licentie
faceret: populari tumultu interfectus eſt Incentor nequi-
cie ⁊ adoleſcentie ſue corruptor. Prothonotarius carpen
ſis nobili genere ortus. ſed ingenio peſſimo. qui nuptis ac
virginibus quam plurimis vim intulerat: qui per omnia
ſcelera ad ſummũ viciorum peruenerat. Eadem nocte cum
diſcipulo ſuo necatus inexhauſte libidinis penas dedit. Ca
dauer eius in forum delatum deſecta virilia in ore mordi-
cus tenuit. Guido pater Oddonis priuſquam coniugem
ex Columnenſi familia duceret: cum proles ei nulla virilis
eſſet. auxius quo nam pacto ingente ſua imperium propa-
garet concubinam ex ſe pregnantem aſſimulauit. Exin
Bernardini Cardenſis agnati ſui preclari copiarum du-
cis filium tum forte natum ſupponi pro ſuo nutririqꝫ iuſſit
Friderici nomine indito. Sed coniugio deinde contracto
cum filium legittimuz ſuſtuliſſet: conuerſa in eum cura Fri-
dericum adhuc puerum milicice tradidit: in qua ille ad eta-
tem vſqꝫ virilem perſeuerauit. Deinde Oddone mortuo

mortuo. Vocatus populo Urbinatiū factꝰ eſt. Clarus vir
⁊ caſtrenſibus diſciplinis apprime inſtitutus. cui nec admi/
niſtrandis rebus bellicis conſilium. nec in capeſcendis pe/
riculis animꝰ nūquam defuit. nec vero factis quam fide cla
rior. que q̄dem vel maxime patuit cum bello picenti. Fran
ciſcum Sfortiā qui ad eum ſe receperat fortune afflatu iam
pene deſertū ꝯſtantiſſime iuuit ac fouit. Indignꝰ profecto
qui militari ludo dextrum ꝑdiderit oculum: Apud Ariminū
Emilie vrbem Sigiſmundus Malateſta ſceleribus inſignis
jmperiū tenuit: qui cum Sfortie filiam matrimonio ſibi ad
iunxit: partes eius in picenti bello aliquandiu ſecutus eſt:
deinde ſub eccleſia ſtipendia fecit: militauit in Gallia cōtra
Venetos: ⁊ in Tuſcia contra Regem Aragonum. que res
poſtea magno ſibi detrimento fuit. Nam cum de pace to/
tius Italie apud Neapolim ageret/ Rex huius iniurie me/
mor eum qui ſibi fidem nō ſeruaſſet. extra comunem pacem
eſſe voluit: deinde comitem Jacobū picininū ⁊ Fridericū
Urbinatiū principem cum copijs in eum miſit: qui aliquot
ei nō parui nois oppida abſtulerūt. Eiuſqꝫ agrum ferro et
igne vaſtarunt. Ipſe cnm auxilia vndiqꝫ fruſtra imploraſſꝫ
ad extremū quod vnū ſalutis erat remediū Alfonſo miſſo
ad eum reconciliari cōſtituit. cuius non dū preces exaudite
ſunt: quāuis ſpem cōcordie Regis clementia non paruam
effecit. In fauētia mortuo Guidone Anthonio: cuius mul
ta in rebꝰ bellicis clara facinora referūt: Principatū frater
eius Neſter arripuit. ⁊ ipſe in armis late cognitꝰ: qui Flo/
rentinis contra Regem militans. haud alia ratione. quam
Sigiſmūdus ab Alfonſo declaratꝰ hoſtis extra vniuerſalē
pacem factus eſt. Fabrienēſes q̄ dudum tyrannide oppreſſi
necatis tandē q̄ndecim ex ea familia que principatū iuaſe/
rat fugientibꝰ reliquis ad eccleſie jmperiū redierāt. multiſqꝫ
poſt annis in pace quieuerāt. hoc anno de rebellione ten/
tatos ſeu cōſencientes. ſeu ſuſpectos ciues aliquos i vincula

adiecere. Exin tormentis ac queſtionibus ꝓdito ⁊ expreſſo
crimine/ vltimo ſupplicio affecerūt. In Aquila Marſorum
vrbe apud quā memoria noſtra Brachius peruſinus dux
belli formidatiſſim⁹. dum ꝑ annū tꝑis obſidionē tenuiſſent.
Martini quinti pontificis maximi ac feliciſſimi armis victus
interijt: Diuus Bernardin⁹ Senenſis poſtquā italiā oēm
criſti nomen predicādo pagraſſet mortalis vite curſum per
egit: eo qꝫ in loco ſepult⁹ clarere miraculis affirmatur. Fuit
aūt Bernardino generoſa inter Senenſes origo. nec vera
eſt aſſertio eorum qui patriā illi maſſam fuiſſe tradunt. quā-
uis puericie ſue ibi nōnulla rudimenta peregerit. cum eſſet
mater eius Maſſana. Cetez pater ac maiores ſui longa ſe-
rie inter nobiles Senenſes habiti ſunt. vbi ⁊ ipſe natus et
maiori ex ꝑte educat⁹: cum adoleuiſſet iuri pontificio edi-
ſcendo operam dedit. Sed cum ſepultis parentib⁹ fallaces
huius mūdi blandicias. ⁊ iania eius eſſe promiſſa animad-
uertiſſet: diſtributa inter criſti pauꝑes ſubſtantia. diui Fran
ciſci religionē ingreſſus. traditam ſibi regulam exactiſſime
obſeruauit: declinanſqꝫ maiores cōuent⁹ eorum ductor ac
magiſter effect⁹ eſt. qui fratres obſeruātes appellant. Ma-
ximū aūt ei ſtudiū in edocendis populis fuit. Qui cū eſſet
facundia copioſus ⁊ doctrina inſignis incredibili omniū at
tentione audiebat. ⁊ quaſi alter Paulus eſſet vas electiōis
in admiratione ac reuerentia habit⁹. Tres eum populi ſibi
pontificem elegerūt. Vrbinates. Ferrarienſes. Senenſes
Sed nō fuit ei conſiliū. linguā que toti poſſet italie cōſulere
vnam intra vrbem cōcludere. Regnum iam Neapolitanū
ingreſſi/ ad felices Alfonſi mirabileſqꝫ rerum curſus ſtilum
cōuertim⁹. Poſt bellum Nauale qđ ipſe cum Genuenſibus
infeliciter geſſit. tanquā cognorit fortuna ſuū errorem que
tanto principi moleſta fuiſſet. nouerlale odiū in maternum
nutriuit affectū: ⁊ que illi aduerſiſſima fuerit: ſecundiſſima
facta eſt: Nam Philippus Mediolanenſium princeps vbi

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

captiuū Regem ad ſe ductum. ⁊ ſe victorem longe minorē
victo animaduertit. mox ex hoſte factus amicus. libeꝝ eſſe
iuſſit ſocietateqꝫ ſecum equis conditionibus facta magnis
muneribus donatum a ſe dimiſit. Jſabella interea coniunx
Rhenati Lothoringie ducis. qui cū Alfonſo de Regno cō/
tendebat. ⁊ ꝑ id tempꝰ in captiuitate Philippi Burgundie
ducis diſtinebatur cum duobus paruis filijs Caietā vene/
rat. eaqꝫ preſidio firmata/ Neapolim ſe cōtulerat. Sꝫ Pe/
trus arrago frater Alfonſi qui ex bello Nauali cū paucl tri/
remibꝰ euaſerat. Reparata in Sicilia claſſe/ preter ſpem in
uitatus ab altera factione Caietanorū/ nocte profectus ea
Caietam obtinuit. ⁊ e pulſo hoſtiū preſidio/ ſuū impoſuit.
miſſis ad Alfonſum nauibus que illum ex portu venerij ad
veherent. appulit paulo poſt Caietam in eiſdem nauibꝰ Al
fonſus: deinde Capuaꝫ pecijt: que licet medio tempore ab
Jſabella ⁊ Jacobutio candola acriter oppugnata fuiſſet/
Virtute tamen Johannis Vintimilij eius loci prefecti in
fide preſtiterat. Ibi Renūdus Nolanus Regulus Alfonſo
reconciliatꝰ eſt: ⁊ mox Scaphatum in inſula Sarni ſitum/
Caſtrūqꝫ maris in deditionē acceptū: Jſabella vbi ſe viri/
bus Alfonſi imparem eſſe cognouit: ab Eugenio Romano
pōtifice auxiliū pecijt: qui Johannē Vitelluſcū patriarchā
Alexandrinū cum tribꝰ milibus equitū ac pari numero pe/
ditum ad eam miſit: profectus in Campanū/ Patriarcha
aliquot caſtella vi cepit: obſediſſetqꝫ Capuam niſi Johes
Vintimilius. dccc. equites quos Regina ad eum trāſmiſe/
rat. ex improuiſo inuadens fudiſſet cepiſſetqꝫ: Aggreſſus ē
tamen idem Patriacha Johannem Anthoniū principem
Tarentinū ad montē: fuſculum: ac eum expugnatis vi ca/
ſtris captiuū abduxit. eaqꝫ demū lege dimiſit: vt frater eiuſ
q̄ngentis equitibꝰ ſtipendia pontifici faceret: Gerebāt pa
triarcha ⁊ Jacobus candola comuni conſilio ⁊ amicis ani/
mis ꝓ Regina bellū: ſed interuenientibꝰ ſimultatibꝰ copias

ſeperarũt: Interea duoꝝ menſiũ inducie inter patriarchã ⁊ Alfonſum facte: qbus durantib⁹ patriarcha Iacobutio reconciliat⁹ cum eo viribus prius opprimere Alfonſuz ſtatuit. quã recõciliationis ad eum noticia ꝑueniret. Erat Alfonſus apud vicum Iulianum: tribus miliaribus ab Auerſa ſecurus in caſtris cum ſibi nunciatum eſt. hoſtes rupto induciarũ federe aduentare: ſibiq3 minime tutuz expectare impetũ: Ob quã rem ſublatis ſignis: mox Capuã ſe recepit non tamen abſq3 dampno ſuoꝝ. qui poſtremũ agmen duxere. Exin cum patriarcha Auerſam ſibi ad inhabitandum tradi ab Iſabella peteret Iacob⁹ impediret rurſus inimicitie inter eos ſuborte ſunt. Sed cũ Tranenſes excepta arce Alfonſum dominũ appellaſſent. ⁊ arx oppugnari cepiſſet: Patriarcha cum exercitu eo profect⁹ obſidionem firmauit Cui ⁊ Iacob⁹ caudola ab Iſabella rogatus. ⁊ Iohannes Anthonius Urſinus ⁊ multi alij ſe cõiunxerũt. firmata obſidione cuz Iohãnes Anthonius haud ex aĩo bellũ gerere crederet: ⁊ naues Regis aduentare: Tranenſibus auxilio narraret. Uerit⁹ patriarcha intercluderet cuz ꝑuo nauigio ingreſſus more tanquã pecunias ab Eugenio potiturus in picenũ ad nauigauit: deinde Romã ſe ꝯtulit. Milites eius ſine duce relicti ad Caudolã ſe cõtulerũt. Arx deinde Alfonſo dedita eſt: ⁊ Iohãnes Anthoni⁹ ad eum rediit. Inter hec Rhenat⁹ e captiuitate dimiſſus cuz decem triremibus Neapolim venit. ⁊ vocato ad ſe Iacobo Cãdola ⁊ eius cõſilio Scaphatũ petens: in deditionẽ accepit/ deinde ĩ Sulmuncẽſem ꝑfect⁹ (cũ fruſtra vrbẽ obſediſſet) agꝝ vaſtauit incendio. nec Alfonſus iterea qeſcebat: ſ3 Albano ac celano agro ſubacto ad caſtrũ vet⁹ ꝑuenerat. ĩ valle ſubletia ſitũ cui Rhenat⁹ oblata ꝓ militari more Cyrotheca preliũ indixit: Accepit Alfonſus. ſ3 queſiuit ſingulari ne certamine an collatis ſignis cum toto exercitu dimicandũ eſſet. ſe ad vtꝝq3 paratum eſſe: Cũ q3 Rhenatus reſpondiſſet vniuerſi

certaminis cum toto exercitu fortunam ſe velle ſubire. Rhe
nato/ renũciauit placere id q̃deꝫ. Sed quoniã veteri more
eius fuerit q̃ prouocet diem ac locũ prelij dicere. ſe cũ exer/
citu inter acerras ac nolam proficiſci: qui campꝰ lata plani/
tie vtriſqꝫ idoneus eſſet: Ibiqꝫ eum ad diem octauã preſto
laturum. hinc orta diſſenſione cum Rhenatus locuꝫ in quo
Alfonſus eſſet conſtituendũ diceret. preliũ impeditum eſt.
Alfonſus in nolanũ perrexit. Rhenatus in eum locum vbi
Alfonſi fuerant caſtra: duxit exercitũ. atqꝫ ita ſuo ſatis ho/
nori vter factum putauit: Exin Rhenatꝰ in pelignos ducẽs
Caſtrum vetus ſubegit. Alfonſus in vallem cardinam pro
fectus Arpaiũ oppidum vi cepit: ⁊ marinũ Boffaꝫ vallis
dominũ captiuauit: Caſertinũ reguluꝫ in fidem recepit. In
Lucaniam ducens/ oppidum Anglum obſidione fatigatũ
obtinuit: Nuceriam dedentibꝰ oppidanis accepit Iam q̃n
decim milia equitũ in caſtris eius erant: Quibus fretus ab
ſente Rhenato Neapolim petens cum Petro fratre binis
caſtris vrbem obſedit. decem triremibꝰ in portu collocatis
oppugnatur vrbs magnis iuribus. nec ciues ſeipſos negli/
gunt. Sed dum Petrus paululum a caſtris ſpeculandi gra
tia in littore vagatur e Carmelitano templo caput tormẽto
ictus repẽte occubuit. Vir apud omnes ordines gratioſus
ad rem militarem natus/ animi magnitudine ⁊ corpis ro/
bore excellẽs. ad ſubeunda picula impauidus. acer ⁊ manu
promptus: cuius interitu conſternato exercitu eius diei di/
miſſa eſt oppugnatio. Alfonſus vbi Germani iacere trun/
cum cadauer inſpexit. Ad hec inquit ego te/ frater ſtipẽdia
duxi: vt eſſes qui mihi tuo ſanguine: tuaqꝫ nece Regnũ pa/
cares/ recondiqꝫ loculo corpus iuſſit ⁊ in arcem maritinam
deportari: cui poſt tempora nactus idonea dignuꝫ ſuo ge/
nere funus duceret: Sequentibꝰ vero diebus cum oppu/
gnatio reperetur/ tanta vis imbriũ cecidit. vt neceſſario ab
obſidione diſceſſuꝫ: ⁊ res i religionẽ ſit vſa. Exin Caynanũ

oppidum tradente quodam milite multis oppidanis occi/
ſis ab Alfonſo receptũ eſt: ⁊ arx fame coacta in deditionez
venit. Rhenat⁹ interea ex pelignis reuerſus Neapoliz: vbi
que acta fuerant didicit. Turriz ſancti Vincentij oportune
in mari ſitam ad tutelã Regie arcis/ vi expugnauit. deinde
arcem ipſam plurib⁹ diebus oppugnãs. dedente profecto:
cui annona prorſus deerat in poteſtatē ſuam accepit/ Al/
fonſus vero cum fruſtra obſeſſis auxiliũ ferre conatus eſſet
Jn Lucanos traijciens. Salernitanos. totamq̧ ferme pro
uinciam ⁊ Brutioꝝ multos in deditionē accepit. Jacobus
autem caudola preſtanti ingenio ⁊ a litteraꝝ ſtudijs nõ ab
horrens. atq̧ in primis rei militari ꝑitus. q̃ ſub Bracchio
ſtipendia fecerat dum caſtellũ quoddã Jacobi laguniſſe op
pugnare nititur catarri pro fluuio corrept⁹ occupit/ clarus
profecto regulus ⁊ ingenti laude dignus. ſi quãta idustria
⁊ rei bellice cognitio. tanta illi fides ⁊ in ꝓmiſſo conſtantia
fuiſſet. Johannes Vintimilius ⁊ ipſe ꝑ idem temp⁹ Acer/
ras prodentib⁹ oppidanis ⁊ arcem fame laborantē in po/
teſtatem recepit. Auerſam quoq̧ a Rhenato deficiētes Al
fonſum intromiſere. q̃ arcem apprime munitã: ⁊ forti pre/
ſidio defenſam cũ expugnare facile nõ poſſet foſſatis ingē/
tibus excluſit: ⁊ oppugnari quottidie iuſſit. Rhenat⁹ ad An
thoniũ Caudole filium in Apuliã ꝓfect⁹. Cum nihil ꝓpte/
rea ab oppugnatione arcis Auerſe ceſſari animaduerteret.
ꝑ Candimã vallem ⁊ deinde ab Alfonſo q̃ occurrerat im/
peditus. ꝑ trãſuerſos montē/ Sequente Anthonio in No
lanũ deſcendit: nec tamen obſeſſis/ Apud Auerſam opem
ferre preſumpſit: cum Alfonſus in caſtris illic potentior vi/
deretur. Sed reuerſus Neapolim Anthoniũ Caudolã de
proditione ſuſpectũ cõprehendi in carcerem retrudi iuſſit:
que res magno ⁊ detrimento fuit. Nã cum caſtra illius ſub
vrbem poſita tumultuarent: ducemq̧ ſuũ repoſcerent. An/
thonius dimiſſus eſt. qui contumeliã ſibi arrogatã iniquo

ferens animo mox ad Alfonſum tranſiuit: ⁊ arcem Auerſa nam ſeptimo iam menſe obſeſſam ei tradi curauit/ perſuaſo per epiſtolam Xanto qui cum patre ſuo militauerat. profe/ ctuſq̧ ibi preſidiꝫ erat. deſtituit tamen paulopoſt Anthoni⁹ ab Alfonſo. deinde apud Beneuentū ei reconciliatus eſt. cum arce per proditionem tradita: ciues quoq̧ conſternati in Alfonſi poteſtatem veniſſent: quo tempore: ⁊ Calathini adactis machinis ab Alfonſo expugnati ſunt. ⁊ caſtellum padula. ⁊ ante vrſariam caſtra poſita. Franeiſcus Sfortia Rhenato amicus. Arrianum. Troiam. Manfredoniam. Nuceriam. ⁊ alia pleraq̧ oppida per idem tempus in Apu lia obtinebat. quorum cuſtodiam Ceſari Martinengo cum non paruo equitatu cōmiſerat. Ipſe in piceno agens. Ce/ ſar cum eſſet Alfonſo infeſtus bis extra moenia Troie pu/ gnare auſus. bis ab Alfonſo ex acie fuſus. turpi fuga in vr/ bem ſe recepit: nec multo poſt. Vicarum oppidum reſiſten tibus oppidanis vi captum preda militi permiſſa/ femina/ rum decus regio more ſeruatum/ Alexander autem Fran/ ciſci Sfortie frater ſub Vrbem Thetini Renūdum Caudo lam ac Ricciū/ ⁊ Joſiam cum copijs ad Alfonſum euntē re/ pente aggreſſus leui certamine fudit: Riccium ac Joſiam preceps fuga ſaluauit. Renūdus interceptus eſt: q̄ cuꝫ eſſet Anthonij Caudole patruus illum ſecundo ab Alfonſo alie nauit. Venit ⁊ Johannes Cardinalis Tharentin⁹ in Re/ num aduerſus Franciſcum Aquinianū Eugenij copias du/ cens. Sed occurrens Alfonſus retro eum reppulit. Exin rupem Vilhelmū in alto monte ſitam caſtellis circa occu/ patis fame coactam obtinuit. ⁊ paulo poſt Capreas oppi/ dum in inſula eiuſdem nominis ſitum. Tiberij quondā ce/ ſaris ſiue delicias ſiue latebras dicere molis tradentib⁹ op/ pidanorum quibuſdam recepit: nec moratus caſtra ad Ne apolim poſuit ſimulq̧ puteolos obſedit: qui aliquādiu for/ titer reſiſtentes tandem rei frumentarie inopia defectione

Regi portas aperuerūt. Terris quoqꝫ quā vocant octattij
recepta eſt. Urgebantur interea frumentarie inopia Nea/
politani nec ſpem aliam habebant: ꝙ vel Genuenſes mari
vel Franciſcum Sfortiam cū Anthonio Caudola auxiliuz
terreſtri itinere allaturos eſſe. Anellus interea faber quidaz
comentarius: quem fames Neapolim exire cōpulerat. Ad
Alfonſum profectus. ſi premiū adſit. Urbem paruo militū
periculo capi poſſe demonſtrat: deliguntur viri fortes du/
centi qui cum Anello. eiuſqꝫ fratre per oſtenſuz aque ductū
nocte vrbem ingreſſi moenia occupent. Rex cum exercitu
paratus ſignum expectat. Illi domū quondam peruenīūt:
in qua vnica erat anus. ⁊ adulta cum ea virgo: mater cum
exclamare cepiſſet: celeriter oppreſſa vocem emittere inhi/
bita filia ſua ſponte cōticuit: ⁊ iam ſol exortus erat. nec am
plius quam viri quadraginta ex omni numero puteuz inua/
ſerant. qui nūciare ingreſſuz Regi debuerant ſiue neglige/
tia ſiue aliam ob cauſam nihil Regi ſignificarunt. exiſtima/
bat Alfonſus ante ceſos eſſe ꝙ miſſi fuerant: aut metu exilire
non auſos: profectuſqꝫ propius vrbem ab ea parte que oc
cupanda erat inuadit. Rhenatus cum ea manu quam ad
ſubitos caſus parauerat citato equo ad muros contendit.
hoſteſqꝫ procul amouit. Ingens vero pauor ⁊ conſterna/
tio eos cepit. qui e puteo euaſerant. nec regredi in puteum
ne armorum ſtrepitu proderentur. nec erumpere propter
paucitatem audebant. Alfonſus vt vidit nihil a ſuis intus
miſceri: deſperatis reb⁹ in caſtra rediijt: Rhenatus tanquaz
periculum depuliſſet relictis cuſtodibus. ⁊ ipſe in Regiam
conceſſit: nec mora nuncius ad Alfonſum currens multos
e puteo ꝓdiſſe atqꝫ in domo tacitos ob metū latere nūciat
Iterꝫ igit̄ ad moenia ſuccedit: inſtauratqꝫ pliū: vt erūpendi
anim⁹ latentib⁹ acuatur. Interea filius eius: quā noīauim⁹
Anicule/a ſtatione ſua domū veninens/pulſat forib⁹ apiri

ſibi expedit. Mater ꝛ q̄ intus erant exanimati quid agant neſciunt. Uincit tandem ea ſentencia. vt reſeratis paululū foꝛibus manus ei iniȷciant: eumqꝫ copꝛehenſum tacere iubeant. Sed ille repente vt armatos vidit. trepidus refugit hoſteſqꝫ intra vꝛbem eſſe vociferat ad Rhenatum ſubito ꝑuolat. queqꝫ viderit refert. At qui intus erant vno agmine raptim e domo proſiliūt: p̄moqꝫ īpetu moenia proquiqua vno tantum vigile ibi reperto turrimqꝫ occupant Rhenatus eo nūcio ac tumultu excitat⁹ admoenia celeriter reuerſus impetum in hoſtes facit: Alfonſus quo ſuis animos addat: ſcalas admoueri īperat. Sed oppidani eam muri partem facile tuebantur ꝛ qui per ſcalas in captaꝫ turrim euaderent grauiū ſaxoꝛum deiectu obſiſtebant: dum pugnatur acriter ob equitans moenia Alfonſus locum quendaꝫ neglectum eſſe animaduertit. eoqꝫ celeriter ſcalas admoueri iubens. murum obtinuit. Jam qui turrun occuparant partim grauiter ſauciati pugnam remiſerant. partiꝫ pꝛecipites e muro ſe dederant. Eratqꝫ Rhenatus eam turriꝫ recepturus. niſi a tergo ſubito cum ingenti clamoꝛe hoſtes inuecti terroꝛem intuliſſent: Auxit ꝛ trepidationem oppidanoꝛuꝫ vnus ex Alfonſi militibus: qui per moenia vꝛbem īgreſſus conſcenſo equo. quem vacuū foꝛte inuenit. in hoſtem īuectus opinionem pꝛebuit proxime poꝛte capte atqꝫ infracte non tum Rhenato defuit animus. Sed cohoꝛtatus qui ad erant in hoſtes foꝛtiter irruens: eoꝛum impetum paululum repꝛeſſit: mox vero vt creſcente hoſtium numero ſuos exterritos animaduertit. ſenſim. referre pedem cepit. atqꝫ ingreſſis per diui Januarȷ̄ poꝛtam hoſtium compluribus/ in arcem Regiam cum paucis ſe recepit. tum ꝛ a foꝛi Boarȷ̄ poꝛta ꝛ ab alȷ̄s diuerſis muri partib⁹ irruptio facta. atqꝫ ad pꝛedas diſcurſum eſt. a cedibus tamen temperatum. Mox vero ingreſſo Rege/ ꝛ pꝛede quoqꝫ finis factus. In ſignis huius anni mēoꝛia expugnatōnē tante vꝛbis que eo modo

capta eſt. quo annis antea. Mille. per Beliſarium e Gotho
rum manibus erepta fuerat. xl. et. cccc. ſupra mileſimū ab
ortu ſaluatoris criſti. Is annꝰ erat. ab initio cepti belli viiꝰ
⁊ vigeſimus. poſtridie due ingentes onerarie naues a Ge/
nuenſibus miſſe cum frumento applicuerunt. que cognita
vrbis captura ſub arcem conceſſerunt. Rhenatuſqꝫ omniū
ſpe recuperande vrbis abiecta inde auexerunt. Tres adhuc
arces in fide Rhenati perſeuerabant. Capuana/ Monta/
na. Regia/ Sed Capuana pactis paucorum dierum indu/
cijs ante Rhenati abitum ſe dedidit. Regia aliquanto po/
ſtea/ ⁊ Montana tardius recepte ſunt Rhenatꝰ ad Euge/
niū Florentie morantem ſeſe contulit. Exin in Galliam vl
teriorem abijt/ Alfonſus munita Neapoli. aduerſus An/
thoniū Caudolam ducens ad Carpenonum Caſtra poſuit
vbi cum facta pugnandi ab Anthonio copia in eundē cer/
tamen Reguli dicerent/ niſi princeps adeſſet. ergo inquit
Alfonſus qui militi animū addere conſueui. iam preſentia
mea terrorem adhibebo. Abſit a noſtro ſanguine ea vecor
dia. moxqꝫ galeam induit. ſignumqꝫ pugne dedit. Certa/
tum eſt aliquandiu nutante victoria. Poſtremo fuſo hoſtili
exercitu Anthonius ipſe captus eſt: cui erroris veniaꝫ po/
ſtulanti non modo ignouit Alfonſus : Uerum etiam op/
pida que a patre accepta hereditario iure poſſidebat reli/
quit: ceteris captiuis per humaniter habitis. nec quidquaꝫ
ex Anthonij ſuppellectili (que ingens erat) preter Criſtal/
linum calicem cepit. Poſt hec pelignos Marſoſqꝫ ſubegit
Manfredoniam ⁊ ſubinde arcem in poteſtatem recepit.
omneſqꝫ belli reliquias in Apulia extinxit. ac pacato vbiqꝫ
regno Neapolim rediens in triumphantis morem/ exul/
tante populo/ magnificentiſſimis apparatibus ingreſſus
eſt vrbem. Poſt hec de pace inter Alfonſum ⁊ Eugenium
actum. Ludowicus Cardinalis Aquilegienſis ⁊ ſua virtute
⁊ pontificis auctoritate potens/ idcirco ad Regē miſſus.

eam confecit. leges pacis in hunc moduz dicte: Eugenius
pontifex Alfonſum Regem Neapolitanū decernat/ appel
letqꝫ/ Ferdinando Regis filio (Cui Rex poſt mortez Re-
gnum deſtinauerat) poteſtatem ſuccedendi faciat: Terraci
namqꝫ Regno adijciat. Alfonſus cōtra. Eugenij auctori-
tati ſe ſubiciat atqꝫ opituletur ad agrum picenum (quem
Sfortias occupauerat) vendicandum/ ſi quādo pontifex
aduerſus Turchos aut afros bellū ſuſcipiat: Rex cū claſſe
adiuuet: Sacerdotes regnoruz ſuorum ſub concilij prete/
xtu Baſileam profectos reuocet. Nec paciatur tres ex ſuis
qui Cardinales ſub Amedeo Sabaudienſi creati fuerant
reuertentes pro cardinalibus ſuſcipi haberi ve/ Matricem
ciuitem ducalem/ atqꝫ acumulum in Marſis oppida Ro/
mane eccleſie tradat. Traiecit deinde in picenuz Alfonſus
⁊ que ſupra relata ſunt. felici curſu perrexit. Exin domū re-
diens cum Genuenſibus duce Raphaele Adumo ea lege
pacem fecit. vt bello ablata nemini petendi ius eſſet. Nec
Regis hoſtes Genuenſis populus. Nec Rex Genuenſiū
recipet. illos ve cōmeatu adiuuaret. Genuēſes Regi quot
annis dum viueret honoris gratia pateram auream dono
darent: ac Neapolim mitterent. Poſt hec Anthonius pa-
terna ſtirpe Centilia. per matrem Vintimilius qui multa in
Apulis egregia facinora Alfonſi gratia feciſſet. ad fontem
populi non procul a Theano. quo iuſſi erant Regni prin/
cipes cōuenire cum equitibus. ccc. profectus tanquā vnus
ex purpuratis auctoritate maioribus interficere cōſtituiſſet
apud Regem accuſatus: clam fugiens Catanzanū ditioni
ſue oppidum repetijt: extinctaſqꝫ Regni lites excitare co/
natus: non ſolum vicinos proceres. ſed Venetos ⁊ alios
Jtalie potentatus: vt in Regem arma ſuſciperent: ⁊ litteri
⁊ nūcijs inuitauit: ſed fruſtra illi cuncta ſucceſſere. Nā Rex
cum copijs aduerſus eum profectus: ⁊ cretonem vrbem et
omnem ei reliquū agrum ademit. Jpſumqꝫ in Catanciano

recluſum ad deditionem nulla conditione interueniēte cō-
pulit. Johannem vero Nuceum qui cōtumacie Anthonij
ſuaſor fuerat. oppidis omnibus exutum Regno excedere
iuſſit. Secuta eſt paulo poſt profectio regis in Tuſciaꝫ. de
qua ſuo loco relatum eſt. Unde reuerſus non multo tēpore
interiecto Fridericum imperatorem. ⁊ Leonoram impera-
tricem ex ſorore ſua neptem ad ſe venientes tanto honore
excepit. quantū referre vix oratori maximo fecundia ſuppe
tat: donatoſq̄ magnifice ambos a ſe remiſit: Exin quāuis
pacem vt predictum eſt/ Florentinis petentibus dediſſet:
cum tamen capta Mediolanenſi/ vrbe a Franciſco Sfor-
tia. Leonelli. Marchionis Eſteñ interuentu cum Venetis/
poſitis inimicitijs/ foedus iniſſet. Alterū tamen in Tuſcia
bellum geſſit miſſo in eam expeditionem Ferdināẟo filio/
de quo ſatis inter res etruſcas cōmemoratum eſt: Soluta
eſt ⁊ pax cum Genuenſibus capta naue. que de chyo inſula
Genua petebat vt poſtea referemus. Ob quā rem cōmota
re pub. Genueñ. Johānes philippꝰ fliſca gente prognatꝰ
cum quatuordecim altiſſimis nauibꝰ in portū vſq̄ Neapo
litanū ad nauigauit. Ibi vt regis triremes. onerariaſq̄ na-
ues incenderet. ſed repulſus tormētis eneis inglorius abijt
Nec multis poſt diebꝰ claſſis regia ad montē Cyrceuꝫ ſex
Genuenſiū naues inſecuta: Cū hoīes effugiſſent demerſit.
diuiti preda in eis recepta: Quibꝰ ex rebus. quanquam de
pace tota ferme Italia cōueniſſet: Inter Genuenſes tamē
⁊ Regem cōcordia fieri non potuit: Sed cum Genuenſes
exules ad regis opes confugiſſent. claſſis ei cōceſſa eſt: que
liguſticū vexans littus etiā vrbem ipſam. vt relatū eſt op-
pugnare nō dubitauit ⁊ nūc maioribꝰ viribus idem bellum
repetit. Fuit aūt Alfonſus cum Fridericꝰ imꝑator ad eum
venit. annos circiter octo ⁊ q̄nquaginta natus. corpe gra
cili. vultu pallido. ſed aſpectu leto. naſo aquilino. ⁊ illuſtribꝰ
oculis. crine nigro. ⁊ iam albicanti. ad aures vſq̄ protenſo

ſtatura mediocri. cibi. potuſqꝫ temperans. nec vino vſus.
niſi aqua multa ꝑdomito. litteris ꝑ omnē etatem operam
dedit: Grāmatice apprime peritus. quāuis latine ꝑraro lo
queretur: hiſtorias omnis coluit: nec poetas aut oratores
ignorauit: dyaleticas nodos facile ſoluit. Nihil ei abditum
in philoſophia. Archana theologie ꝑſcrutatus omnia: de
preſcientia dei/ de libero hominis arbitrio: de incarnatiōe
verbi. de ſacramēto altaris de trinitate. d' difficilimis que-
ſtionibus percontati ꝛ preſto ꝛ ſapienter occurrit. In re-
ſponſionibus dandis quāuis breuis ꝛ circumfuſus: nūquā
tamen diminutꝰ/ Sermone blandus terſuſqꝫ/ Summa ei
cura. ne quiſpiam ab ſe abiret: ingratas petitiones differre
maluit quam negare. fauit religioni. rem diuinam diligen-
ter curauit. Sacerdotalia indumenta ꝛ altaris ornamenta
ea parauit: quibus comparari alia nulla queant: Sacrā ac
domeſticam ſuppellectilem auream ꝛ argenteam admira-
bilem ꝛ incredibilem cōpoſuit margaritas/ vniones/ ada-
mātes/ ceteroſqꝫ lapides precioſos toto orbe queſitos co-
emit: ſacelli in quo ſacris interfuit: ꝛ aularum( quas inco-
luit) parietes/ diuitibus atqꝫ aureis pannus ornauit: Ue-
ſtiuit ſeipſum nitide magis quā precioſe. Serico raro vſus
aut oſtreo paludamento. Uenationi magnaꝫ vite ſue par-
tem conſecrauit. In bello ſeuerus ꝛ aſper In pace clemens
ac manſuetus. pepercit facile his qui contra ſe arma tule-
rant. humanum ſanguinem inuitus fudit. Scelera tamen
odit: nec impune ſubditos derelinquere paſſus eſt. Regnuꝫ
quod multis ante ſeculis ſpelunca latronum fuerat adeo pa
catum ſecurumqꝫ reddidit: vt quacunqꝫ iter habeas nullus
predonum metus adſit. Legatis omnibus ad ſe venienti-
bus ſumptis opipare prebuit: Appoſtolicis qui Cardina-
les eſſent obuiam extra vrbem profectus/ quaſi patres
honorauit: naues inſolite magnitudinis fecit: ꝛ quaſi qui
ꝓcul inſpiciat ſublimes eſſe arces ꝑ mare vadētes arbitrer

edificauit pluribus in locis. Sed Neapoli ſupra quam dici
poſſit ſplendide ac magnifice. arcē Regiā: cui nouo caſtro
fuit nomē a fundamētis eiectā iterū erexit. tum ope mira-
bilem inexpugnabilēq;. tum ſumptu magnificentiſſimāq;
turrib⁹ orbiculari forma ex lapide q̄drato mirifica ſtructura
atq; artificio: muriq; craſſitudine inaudita. ⁊ ingenti arcu
triūphali ex marmore cādidiſſimo excitatā rformauit. Arcē
ſcti Saluatoris in mari exouo nūcupatam. cui⁹ iexpugna-
bilis ſitus ad vſum magnificētiſſime regie redact⁹ eſt: Am-
pliauit ⁊ vrbis portū. obiecta i pfundo mari altiſſima mole
craſſiſſimo muro: turrib⁹ munita: Salubritatē vrbi exiccatis
paludib⁹ dedit. Magn⁹ pfecto pnceps: ⁊ in vtrāq; fortūe
ptem pbat⁹: q̄ inter cetera ſibi aduerſantia etiā terremotū
anno ab hinc ſecūdo paſſus eſt/toto ferme Regno: qualē
nec nr̄a nec patrū noſtrorū mēoria viſum auditū ve ferunt.
Nam ⁊ multa regni oppida fundit⁹ corruere: inter que ar-
rianū ita abſorptū eſt: tanquā caſmate periſſet: raro ciuitas
abſq; inſigni ruina ſup fuit. circiter. xxx. milia hoim īter ca-
dētia tecta periſſe ferūtur: Neapolitanorū nobiliores edes
diſiecteq; ſunt. Nec templū in ea vrbe leſionem non ſenſit.
Sed hodie. iam ciuitas ferme refecta eſt: ciuiū diligentia ⁊
Regis liberalitate. ceterū clariſſimi regis. q̄ ſeculū noſtrum
veluti ſidus quoddā prefulgidum illuſtrauit. haud abre fuit
quam breuiſſime velut in epilogo preclara facinora pcur-
rere quāuis tempis a nobis recepti pleraq; modū excedāt
ex q̄bus illuſtriora huiuſcemodi ſunt. Adoleſcens mortuo
Ferdināndo patre/Aragoniā que ab illo i hyſpania regna
ſuſcepit: cum aliqua diu ſapienter admiſtraſſet/adoptat⁹ in
filium a Joanna Neapolitanorū Regina diſſuadentib⁹ ami
cis expeditionē in Italiā ſuſcepit. Regina opem tulit. Ludo
wicū ducem Andegauenſem q̄ regnū ſibi hereditario iure
debitū affirmabat/plurib⁹ prelijs afflictuz expulit/ Reginā
(que malo vſa cōſilio: abſe defecerat) nō tam puniuit quam

cohercuit. Rhenatum alterum regni emulum armis victum cedere cõpulit. Johãnem Vitelliſcũ Alexãdrie patriarchã magnis copijs inſultantẽ regno fugauit Caietam bis cepit ſemel acri pugna deuictã. ⁊ iterum ciuitatis pte vocante cũ defeciſſet. Neapolim (quãuis Rhenat⁹ ⁊ magnus ineſſet populus) expugnauit. Johannẽ fratrem Nauarre regem i hyſpania laborantẽ armis adiuuit. Maſſiliã inſignem prouincie ciuitatẽ noctu adorſus obtinuit. ac diripuit. Ad iſulaz Gerbini quã veteres lothophagiten appellauerũt a cõtinenti Africe q̃tuor milia paſſuũ diſtantẽ obſidione admouit. Boforiũ puincie regem cum copijs adventantẽ in proximo littore victũ. ex minorib⁹ caſtris ad maiora fugere cõpulit. nec diu poſt ab eiſdem barbaris tributa ſuſcepit. Ab Eugenio pont. maxi.º q̃ ſibi de regno cõtrarius eſſet: quas tandem voluit leges pacis accepit. Franciſcũ Sfortiaz ex agro piceno armis deturbauit. ⁊ in Albania ⁊ in orienti p ſuos duces Turchis infeſtus: nõ parua eis dampna intulit Bis Florẽtinos ob res Gallicas armis afflixit. Bis eis pacem petentib⁹ dedit. Sed maius oibus eſt ⁊ admiratione ſtuporeq̃ʒ dignus. qd̓ prelio Nauali a Genuenſib⁹ vt ante diximus ſupatus. ⁊ in Philippi Mediolanenſiũ ducis captiuitatem adductus. Mox liberat⁹ potentiſſimo regno potitus eſt: ⁊ a victorib⁹ victor tributum accepit: ⁊ adeo erga Philippũ gratus iuentus eſt: vt ab illo ſuperum voluntate heres ſit nũcupatus. Vera Gothoꝝ Soboles: ex quibus deriuatũ eſſe regiũ hyſpanie ſanguinẽ. vnde Alfonſi origo eſt. haud quaq̃ʒ ambigũt: Illis ⁊ plio vincere: ⁊ regna ſibi ſubijcere ꝓpriũ fuit: Quoꝝ veſtigia ferdinandus imitatus haud diſſimilẽ filiũ genuit: qñ ⁊ ipſe Aragoniã. Cathaloniam. Valentiã. Siciliã. Alfonſus vero eam Italie partẽ que olim magna grecia dicta eſt: pugnando: inſtando: vincendo ſibi ſubiecit. ⁊ magiſter Italice pacis factus. hyſpanicarũ quoq̃ʒ rerum moderator ⁊ arbiter eſſe videt̃ ⁊c̃.

i18550915